

(X1973674)

no. 21

305

DR. 166  
26

Ve  
349

JURIS CIVILIS-SAXONIC  
DISSERTATIO PRIMA

*De*  
**JURE SAXONUM**

VETERI ET MODERNO  
IN GENERE

*Quam*  
AUSPICE CHRISTO

*More majorum*  
PRO LOCO IN FACULTATE JURIDICA  
impetrato

*Solenni ventilationi exponit*

WERNER-THEODORUS

MARTINI,

DOCTOR & PROFESSOR.


RESPONDENTE

MARCO JOHANNES SIMONIO,

HORSTIENSI HOLSATO.

*In auditorio Majori horis consuetis*

*ad diem JULII.*



WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI Academ. Typogr.

ANNO SALUTIS M. DC. LXIII.

*Vice Excellentissimo  
Cancellario Dno  
ANDREA JAH.  
fere celebratissimo  
Judici: Praesidii  
Inferior: Lu  
quod sub  
Cancellario  
Constitutioni Ecclesi  
Artesium graue*

*Aut.*



SAXONICI JURIS CONDI-  
TORI ET DEFENSORI SUPREMO,

*SERENISSIMO AC POTENTISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO,*

**DN. JOHANNI  
GEORGIO II.**

**SAXONIAE DUCI,  
ELECTORI & ARCHIMARSCHALLO  
IMPERII ROMANO-GERMANICI  
&c. &c.**

*DOMINO MEO CLEMENTISSIMO*

*Primitias has Professionis meae  
humillimè consecro*

*W. T. MARTIN.*





IN NOMINE DOMINI ET DEI  
NOSTRI JESU CHRISTI!

JURIS CIVILIS SAXONICI  
DISSERTATIO PRIMA

De

JURE SAXONUM VE-

TERI ET MODERNO in genere

RESPONDENTE

MARCO JOHANNES SIMONIO,

Horstienfi Holsato.

ΠΡΟΛΟΓΟΜΕΝΟΝ.

**C**um disertatione quadam *INAUGURALI*  
pro felici in *FACULTATEM JURIDICAM* ingressu,  
professionem demandatam auspiciis ritus Majorum imperent, nefas esse duxi tam honestæ non obtemperare consuetudini. Nec vero hanc, quæ de *JURE SAXONUM* est, materiam sum rei inconuenientem arbitratus, cum turpe videatur ejus terræ, in quâ degimus, nutrimur, multis deniq; beneficiis afficimur, jura sicco prætereire pede. Deprehendimus aliàs hanc hominibus insitam indolem, ut quæ disita sunt admirentur, quæ patria fert, pedibus fere conculcent. Suo jam seculo hac de re conquestus insignis Romanorum ille Plinius, ut vocant, Secundus: *Ad quæ noscenda iter ingredi, trans-*

*Plin. Secundus lib. 8. Epist. 20.*

A *mittere*



mittere mare solemus, ea sub oculis posita negligimus: seu  
quia ita natura comparatum, ut proximiorum incuriosi lon-  
ginqua sectemur, seu quod omnium rerum cupido langvescit,  
cum facilis occasio est, seu quod differimus tanquam saepe vi-  
suri, quod datur videre quoties velis cernere. Circa Juris  
prudentiam saepius illud usu constat venire, ut purum  
jus civile Germanico, quod à Majoribus nostris optimo  
fine nec in minimam Reip. utilitatem conditum, ante-  
feratur. Felicior hac in parte videtur aliis Germaniae  
ditionibus nostra *ELECTORALIS SAXONIA*, quae à multis retro  
annis praeter *JUS CIVILE* Romanum peculiari suo non  
infeliciter tam in Academiis quam Judiciis usa est jure.  
Receptam hactenus Juris Romani doctrinam vel imperfe-  
ctionis, vel injustitiae vel à ratione arguere non est nostrum,  
merito enim fundamenta juris ei referimus accepta, *Qui-*  
*ritium*que jura germanorum donamus civitate, tam quoad  
scholas quam forum, eorum autem non subscribimus  
sententiae, qui in Romanorum ita jurant verba, ut nihil  
addi eis posse à Germanis arbitrentur. Jurisprudentiae  
Romanae salutare limina, eaque sibi penitus familiaria &  
perspecta reddere haud impedit, quinimo oportet: neces-  
saria enim sunt haec juventutis & virilis etiam aetatis stu-  
dia, hisce autem acquiescere eisque non quae usum fori sup-  
peditant adjungere, haud facile cuiquam persuasum pu-  
to. Ut taceam Constitutiones Imperii nostri Romano-  
Germanici publicas, *JCTUM* civili Romanae prudentiae  
exactam *STATUTARII* & *PROVINCIALIS* juris cognitionem  
annectere oportere intrepide affirmatur. Nisi *JCTUM*  
appellare malis, suis indulgentem speculationibus nec  
*DEO* nec Reip. sed sibi servientem soli. Recedunt lon-  
gè ab hac opinione optimi quique, non solam Legum sci-  
entiam

entiam sed observantiam & usum earum secundum Patriæ mores & emolumentum in Juris cultore requirentes. Consentiente magni nominis inter Germanos Jcto: *Jurisprudencia perfecta demum est cum ad Reip. transferatur utilitate m.* Quemadmodum omnium scientiarum & disciplinarum, ita & Jurisprudencia vis omnis atq; studium in duobus illis positum est, in cognitione nimirum ejusdemq; usu. Cui consequens illud, ut si cognitio & usus conjuncta sint, is, qui utrumq; habet, scientia istius sive disciplina sit & dicatur artifex. Ut enim finem Jurisprudencia propositum sine cognitione quis assequatur, fieri nequit: ut vero quis Jurisprudencia cognitionem habeat, nec tamen ad finem arti propositum istam accomodet, vix est ut JCTI nomen mereatur. Jurisprudencia enim finis est æquitas & justitia in communi societate conservatio, quem illi, qui solis sibi sapiunt, non attingunt. Hactenus Vultejus. Ex quibus patet quid de iis judicandum, qui quasi duplicem non verentur tradere Jurisprudenciam, aliam *Theoricam*, aliam *Practicam*. Una est Jurisprudencia, imo unica, quæ justitiam administrare docet, sive id fiat ex LL. Romanis sive Germanicis, modo finis impetretur. Nec scientia juris usum, nec usus scientiam excludit, nec LL. Romanæ Saxonicas, nec Saxonica Romanas respuunt, sed potius amice conspirant, & si utrumq; jungatur studium, verum tandem exhibet Jurisprudenciam. Quamvis enim sint, qui usu neglecto cognitionem præferant & argutiis quibusdam terminos vitæ conterant, vicissim qui cognitione posthabita usum sectentur contenti si formalia. Processus ad ungvem didicerint, neutri tamen nec felices, nec Jctorum nomine satis digni. Veri Jcti est non boni solummodo & æqui notitiam profiteri, sed licitum

Vultejus  
Jurisprud.  
Roman. in  
prolegom.  
de Stud.  
jur.



l.1. §.1. ff.  
de Just. &  
Jur.  
§. post.  
orig. de  
orig. jur.  
l.2. C. de  
com. serv.  
man.  
l. fin. C. de  
curat. fur.  
§. 3. const.  
de Just.  
Cod. con-  
fir.  
l.10. ff. de  
grad. &  
aff.  
§. Resp.  
Inst. de  
J. N. G. &  
C. & c.

(1)  
Bodin.  
præfat.  
method.  
ad facil.  
hisor.  
cognitio.

quod; ab illicito discernere, æquum ab iniquo separare,  
veram Philosophiam, id est, quæ tum publicè tum priva-  
tim humanæ societati commoda ferat, non simulatam  
in solâ contemplatione consistentem, affectare. Hinc  
jura quoque; civilia Juris Cultores, non *Juris Autores,*  
*Conditores, Interpretes, Interpretatos, Jurisperitos, solum;* sed  
& emphaticè *Jctos, Jurisprudentes, Viros prudentes* per-  
quam honorifice appellitant. Cui accedit quod ipsum  
Jurisprudentiæ nomen non tò scire solum, sed tò *περὰ τὴν*  
desideret. Ut ita Juris Prudentem eum liceat dicere,  
qui non solum jura hujus vel illius populi v. c. Romani  
sed ejus quoque; didicerit regionis, cujus salutem circa ad-  
ministrationem justitiæ maximè promovere eum oportet.  
Gallorum Jctus (1) non incelebris quatuor recenset  
Jctorum genera (1) Primum eorum, qui in scholis per-  
petuâ disputatione legum memoriâ comprehensam  
habeant, sed tamen sine usu & exercitatione forensi.  
(2) Secundum eorum, qui diuturno rerum forensium  
usu paucis quibusdam præceptis judicandi prudentiam  
sibi compararunt (3) Tertium eorum, qui usum præ-  
ceptis adjunxerint nec sine forensi disciplinâ Juris sci-  
entiam se adeptos arbitrentur, ex quo numero suo  
tempore recitat *Speculatorem, Fabrum, Conanum Tira-*  
*qvellum, Brissonium, Molinæum.* (4) Quartum eorum  
qui non modo præceptis ac usu forensi, verum etiam  
præclaris artibus & solidâ Philosophiâ informati, justitiæ  
naturam non ad hominum voluntates mutabilem, sed  
æternâ lege definitam amplectuntur, qui normam æqui-  
tatis peritè tractant, qui juris origines ab ultimo principio  
deducunt: qui omnis antiquitatis cognitionem accuratè  
tradunt: qui Principis senatus, populi Magistratumque;  
Roma-

398

Romanorum imperium ac potestatem plane tenent, qui Philosophorum de LL. & Rep. disputationes ad jus interpretandum afferunt, qui græcam & latinam linguam, quibus descriptæ sunt LL. minimè ignorant, qui deniq; artem universam suis finibus circumscribunt, generibus notant, in partes distribuunt, verbis designant, exemplis illustrent. Adde quintum & extremum eorum, qui præter dictas artes Patriæ suæ mores & jura fideliter noverint non sibi solum sed & communi bono inservientes.

CAPUT PRIMUM.

*De*

DOCTRINA JURIS SAXONICI,

Num ea ad forum spectet.

Academicum.

SUMMARIA.

1. Jus civile Romanum in Germaniæ scholas fructuose receptum.
2. Juris Saxonici doctrina in Academiis præsertim Electoralibus Saxonici non immerito ei adjungitur.
3. Rationes dubitandi.
4. In Academiis proponenda, quæ omnibus profint.
5. Jus Saxonicum interpretatione non indigere.
6. Foro, non scholis Jus Saxonicum scriptum.
7. Ex mente Coleri Jus Saxonicum incertum esse.
8. Ex opinione Hartm. Pistoris magis addisci usu.
9. Rationes decidendi.

A 3

10, So-

10. Solum jus Saxonicum in Academiis non sufficit.
11. Non omnibus eundem præbet fructum.
12. Universalia & communia jura specialibus præmittenda.
13. Jurisprudencia Romana adeo perfecta non est, ut ei nihil à Germanis addi posset.
14. Quod Saxones laudabiliter juri Civili addiderunt, non rejiciendum; sed grata manu arripiendum.
15. Saxones prius suo, quam Romano jure sunt usi.
16. In scholis Romanæ LL. præmittuntur: Saxonicae adjiciuntur.
17. Non item in foro in causis decidendis, ordine ibi proceditur inverso.
18. In Camera Imperiali LL. Germanorum prævalent.
19. Consuetudines & statuta cujusq; loci in ea præferuntur Juri civili.
20. Assesores Cameræ ad eorum observantiam in pronunciando juratò adstringuntur.
21. In foris & judiciis specialibus palma datur Juri provinciali, consuetudinario & statutorio præ civili in pronunciando.
22. Decisiones litium melius ex thesauro proprio quam alieno depromuntur.
23. Profligatà barbarie hodie Legibus Patriæ uti licet.
24. Nulla provincia est Germaniæ, quæ non speciale habeat jus.
25. Libera voluntate LL. Romanæ abrogantur uti sunt receptæ, nisi quatenus fundamentum habent in jure Naturæ & Gentium.

26. Ger-



- 26. Germanus germana Lege uti non erubescat, nec Saxo Saxonica.
- 27. Coleri dubium contrario; ipsius refutatur facto.
- 28. A multis annis doctrina Juris Saxonici à Dd. adjuncta juri communi civili Romano
- 29. Saxonia æqvè ut Gallia LL. nutritrix optima.
- 30. |Ctos al uit insignes semper Saxonia.
- 31. Bened. Carpzovii bene merita de Jurisprudencia Saxonica.
- 32. Exteris quoq; dignitas juris Saxonici hodie patet & arridet.
- 33. Ex scriptoribus hodiernis necessaria patent.
- 34. Maxima lux hodie; affulget Jnrisprudencia Saxonica.
- 35. Patria jura discere dulce & fructuosum est.
- 36. Domestici juris ignorantia vix excusabilis.

EXtra controversiæ aleam hætenus positum videtur, Jus Civile *Romanum* in *Academiis Germania* publice doceri, multisq; seculis hoc factum rerum gestarum monumenta sat abunde testantur, nec non innumera Commentariorum ab Interpretibus ejus conscriptorum moles, ut quid dilucidiori hujus *Juris Romani* enodationi addi possit vel debeat fere non inveniatur. Quo fructu, facile patet. Non sane minimo. Quamvis enim luxuriantia quædam ingenia doctrinæ *Juris Romani* eiq; junctæ disputationi & interpretationi confusionem & nescio quæ mala inde pullulantia tribuant, hæc tamen omnia ejus non sunt ponderis, ut ea, quæ laudabiliter à Majoribus nostris recepta sunt, ob hujus vel illius cerebelli somnia invertantur. Optima quæq; ab usui sunt exposita, usû in laude sua relicto. Manet & mane-

- manebit dignitas Legum Romanarum inter Literatos sancta & intemerata, licet ab hoc vel illo Personato ei macula aspergatur, ab hoc Hyppo vel eqvo calcitretur ab isto LAPIDE teratur. Magis controverti posse videtur num *Jus provinciale Saxonicum* Juri Communi hactenus recepto præsertim in Academiis hujus regionis adjungi possit vel debeat? Negantium partes haud existimo paucos sustinere, ex eo, quod Academia universalis sint artium liberalium emporia, in quorum mercatibus talia exponenda, quæ non in hujus vel illius, sed universonum singulorumq; redundant utilitatem, cujus farinae non sint ea, quæ in provinciis Saxonis vigeant jura, utpote extra eas vel parum vel nil attendenda: Præter hæc nulla indigere Jus Saxonicum interpretatione, cum sensui ejus literali sit fas inhærere, ut multo magis poenam temeritatis incurrere videantur ii, qui ea quæ ab Electoribus sancita claris verbis expressa, deuo subincudem dubitationum & disputationum scholarium revocare nitantur. Rostris non cathedris hæc esse scripta, foro non Musis, Judici non Doctori principa juris tradenti. Accedere his videtur dubium COLERI JCTI olim apud Jenenses non postremi: dum his utitur verbis (a) *Nec illud etiam inficias eo, Leges Saxonicas, quas habemus in scriptis redactas, instar oraculi habendas aut adorandas non esse, quin ab ipsis majores nostri probabilibus rationibus moti in multis articulis recesserint, illas in certis casibus declarando & reducendo ad normam æquitatis & juris communis scripti, adeo quod de consuetudinibus Patriæ, quæ etiam pro diversitate locorum diversimode observantur, aliquid certi in medium proferre non tam laboriosum, quam etiam de fide veritatis*

(a)  
Colerus  
epist. de-  
dicat. de  
Procesf.  
execut.

ritatis nonnihil suspectum existimari potest: ita quod non immerito Hartmann. Pistoris *Cognitionem Juris Saxonici magis ex usu Practico, quam ex verbis LL. provincialium comparandam esse autumet.* Ex quibus colligi posse videtur, ob incertitudinem & imperfectionem imo obscuritatem suam Juris Saxonici doctrinam magis ex usu pendere & practicando (ut vulgò loquuntur, quam legendo, interpretando, disputando comparari. Verum enimvero hæc & alia centum, quamvis speciosa appareant primâ facie, suo tamen non constant robore nec firmo talo: si doctrina hujus *Juris* eo, quo decet modo, eâ, quâ par est, methodo suscipiatur in Academiis præsertim *SERENISSIMO ELECTORI SAXONIÆ gratiâ Summi Numinis* in protectionem conceditis. Cupidæ LL. juventuti jus Saxonum haud sufficiens largimur, non minus omnibus eandem præbere utilitatem, minor enim fortè ejus usus iis, quorum Patria (sua studia cui devovenda censent) solis Romanorum LL. earumq; Interpretibus in exercenda justitiâ contenta, quæq; proprio suo gaudet statuto de Saxonum jure parum sollicita. Ob quam dubitandi rationem jura quoq; Universalis & communia, quæ fere sunt ea, quæ Romana dicimus, merito specialibus provincialibus antehabemus in scholis præsertim, ex quibus Themidi operam collocantibus prima licet Jurisprudentiæ fundamenta haurire. Ex libris nimirum *INST. PAND. COD. & NOVELL.* Non tamen omnibus suis numeris adeo perfecta Jurisprudentia *Romana* judicanda, ut præter alios Germaniæ populos Saxones, ob virtutes suas passim apud Historicos decantatissimi, nil addere ei potuissent, quod è Reip. suæ sit emolumento, & quod exteris etiam aliquã utilitatē communicare valeat. A multis retro seculis & annis hoc

8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.

B factum



15.

factum esse nec infructuose quidem videmus, cur itaq; gratâ manu & mente non arripiamus, quod Majores laudabiliter una cum Principibus ac Electoribus Saxoniae æternâ laude decorandis posteritati consecrare & in usum publicum privatumq; autoritate publicâ promulgare dignati sunt. Monumenta veterum, longè ante, quam Romanæ LL. in Germaniam introductæ, suis peculiaribus juribus Germanos interq; eos Saxones fuisse usos, testantur. De quibus plura *assertione secundâ seq.* Largiamur

16.

*Conring.  
d.orig.  
Jur. Germ.  
cap. 32.  
p. 185.*

in scholis & Academiis Legibus Romanis quandam præferentiam apud Germanos & Saxones etiam, in quibus, ex opinione & mente Conringii seculo decimo quinto introductæ exemplo scholarum Italicarum, ut nulla reliqua videatur è Germanis Academiis, quæ non ab aliquot seculis ferè suos agnoverit Romani Juris Antecessores, quamvis Gens Pontificia Simiæ suæ decretis pontificalibus maximam partem præter Ingolstadiensem & Coloniensem fuerit contenta, ut in Academiis merito prima fundamenta juris civilis petantur ex fontibus juris Romani, & postmodum adjungantur ea, quæ sunt statutarii juris. Hoc tamen in foro itidem nostro Germanorum omnino non concedimus: sive spectemus forum *IMPERII* commune

18.

Judicium illud Camerae Imperialis augustissimum, sive alia Germaniæ judicia specialia. Egregie hac de re Hunnius in *Encyclop. jur. par. I. tit. 3. cap. I.* Cum statuta in decidendis causis & concipiendis sententiis juri Communi Cæsareo præferantur, idcirco in illis exactè cognoscendis summam adhibere debent diligentiam, qui in foro, Cancellariis, in curiis & dicasteriis summis atq; infimis tribunalibus aliquando versari atq; causas vel orare vel decidere cupiunt. In *Judicio Camerali LL. Romanæ Germanorum*

norum antiquis & modernis nec non consuetudinibus &  
 statutis nullatenus antihabentur. Assesores enim hujus  
 supremi Dicasterii juramento semper adstringuntur, non  
 solum ut judicant secundum LL. Imperii publicas, sed &  
 consuetudines & Statuta cujusq; loci Germaniæ. Verba  
 Ordinationis Camerae expresse sic habent: Die Beysitz  
 her des Cammergerichts/ sollen in keiner Sach/ sie sey so ge  
 ring als sie immer wolle/ allein auff ihr guht Bedüncken/ oder  
 eines jedern erwegen Billigkeit oder eigen fürgenommen und  
 nicht den rechten gemess informirten Gewissen; sondern \* auff  
 des Reichs gemeine Rechte/ Abschied/ und den ist bewil  
 ligten Frieden in Religion und andern Sachen/ auch Hand  
 habung des Friedens/ und \* ehrbahrer ländische Ordn  
 nungen/ statuten und redliche ehrbare Gewonheiten  
 der Fürstenthumen/ Herrschafften und Gericht / wie  
 solches von alters jederzeit Cammer Richter und Beysitzern  
 aufferleget und gehalten worden ist/ nach vormög und auß  
 weisung ihres Eyds Urtheil fassen. Hinc quod in veneran  
 do dicto Confessu Imperii publico, qui hodie *Spiræ* est ad  
 Rehnun, nec Judex vel Præses vel Assesor nisi Germanus  
 eligatur, qui Juris Germanici præsertim statutarii exactis  
 simam præse ferat cognitionem. Imo singulis Satuti  
 bus permittitur è circulis suis præsentare Camerae Viros  
 nobilitate & eruditione excellentissimos, qui non juris  
 solum Romani sed præcipuæ suæ provinciæ sint peritissi  
 mi. Textus hac de re habentur apertissimi. Weil das  
 Kayserslich Cammergericht/ das lezt und Oberst im Reich re.  
 so ordnen sehen re. Daß der Cammer Richter ein taffere Per  
 son auß dem Reich teutscher Nation geböhren/ derselben her  
 kommen/ löblicher Gebrauch und guter Gewonheit/ nicht al  
 lein wol kündig und erfahren/ sondern auch verständig/ die  
 recht.

19.

*Ordinat.  
 Camera  
 part. 1.  
 cap. 13. in  
 princip.*

20.

*Ordinat.  
 Camer.  
 part. 1.  
 cap. 3.*

504  
Ord. Cam.  
cap. 4. fol.  
422.

Recess. Im-  
perii de  
anno 1548.  
August.  
Vindel. in  
verb. So  
wollen wir  
Carpz. ad  
leg. Regi-  
am. Ger-  
man. cap. 9  
sect. 1. verb.  
sicundum,  
LL. specia-  
les & loca-  
les Came-  
ra pronun-  
ciare de-  
bet.

richtliche Proces zu dirigiren &c. De Assessor: Des gleichen  
sollen die Beyßizer alle/eines erbarn Wesens und Wandels/  
ehrlicher Geburtz &c. Der rechten gelert/und gewürdiget ihrem  
Nahmengenetz/tapffer/gelert/erfahren auch tüglich verständig  
qualificirte Personen/ auß teutscher Nation geböhren/  
und derselben Nation Gebrauch und guten Gewonhei-  
ten erfahren und die vorbrachten rechtlichen Sachen zu referi-  
ren geschickt seyn &c. De presentandis Assessorib. wo der Bey-  
ßizer einer mit Tode abgehen würde/ alsdan soll der Cam-  
mer Richter un zeseunt/ solches dem Stand oder Kreis  
von dem der abgestanden Assessor gegeben oder benent gewe-  
sen/ zu schreiben und ersuchen in 6. Monathen andre zu præ-  
sentiren. Auff solch Ersuchen soll alsdan den Kreis zwö  
oder drey andre rechtliche Geschichte und obgemelter massen  
qualificirte Personen präsentiren alsdan sollen Cammer-  
Richter und Beyßizer dar aus einen Kiesen. Et hæc usq;  
ad nostra tempora fidelissimè servantur & in Recessibus  
Imperii ut servantur, mandantur. Ex quibus omnibus  
elucescit hoc ordine jus dici in Camera Imperiali: (1)  
primum ad Constitutiones Imperii Germanici publicas,  
(2) demum secundum cujusq; Principatus & Status, Du-  
catus, Marchionatus, Comitatus, Nobilitatis & Civitatis  
liberæ & immediatæ jura specialia statuta, consuetudines,  
(3) his autem deficientibus secundum vulgata & com-  
munia Romanorum jura civilia. Et hæc de Camera  
Imperiali, vide hæc de re plura apud Carpzovium,  
de lege Regiæ Germanorum, & alios. Quod fo-  
ra & judicia specialia concernit Statuum Imperii  
in Germaniâ Electorum, Principum, Comitum Nobili-  
um Civitatum, non video, quam ob causam juri Romano  
palmam tribuere velis in dandis sententiis. Soli lucem  
demere

demere videntur, qui negare ausint, hisce non peculiaribus  
 sua esse Jura, statuta & consuetudines, quæ Judici sint in-  
 star Lesbiæ regulæ, juri Romano haud primas relinquen-  
 ti. Controversiam huc trahere animus non est, num  
 lites, quæ inter homines ut ipsa vitia sunt æternæ & non  
 nisi cum hominibus intermorituræ melius ex æquitate  
 & absq; strepitu judicii missis Processus solennibus, sint  
 inter Cives sopiendæ, ut in Rep. Germanorum antiquâ  
 factum esse memorat Tacitus & cum eo alii re Germa-  
 niæ scriptores inter alios Conringius peculiari exercitat.  
 de Judiciis Reip. german.,; Hoc tamen affirmare non  
 erubescimus, Decisiones causarum in judiciis ventila-  
 tarum cum nullatenus ex cerebri perversi tripode vel  
 affectuum turbulento scrinio sint depromendæ,  
 melius ex thesauro proprio, quam alieno desumi.  
 Et hæc facies est modernæ & reviviscentis quasi Germa-  
 niæ, in quâ Summi Numinis gratiâ, liberales artes profligatâ  
 barbarie florent, & justitia secundum Leges Patriæ  
 non infeliciter administratur. Ne in orationem disser-  
 tatio hæc nostra excreseat, cujusq; Provinciæ jura specialia  
 supersedeo allegare: extant juris Statutarii & Provincialis  
 Württembergici, Palatinatus, Brandenburgici, Pomerani  
 Luneburgici, Westphalici, Lübecensium, Megapolitani  
 libri oppidò multi, tam ad processum formandum, quam  
 jus inter cives dicendum confirmati pro cujusq; Reip. &  
 regionis emolumento. Ut non credibile sit, ullam ho-  
 die in Germaniâ provinciam, quæ non suo gaudeat specia-  
 li jure, dari. De nostrâ Saxonia res ipsa loquitur & ejus  
 Jura nunc totam ferè occupant Germaniam. Cum ergo,  
 ut jam ostendimus, tantus sit Legum quoq; Germanarum  
 usus in judiciis & dicasteriis tam communi & universali

21.  
 Conring.  
 pecul. ex-  
 ercit. de  
 Judiciis  
 Germa-  
 niæ.  
 Zanger. in  
 Prefat. ad  
 Princ.  
 tract. de  
 Except.

22.

23.

24.

B 3.

Impe-

er  
 s/  
 n  
 dig  
 n/  
 et  
 ri-  
 y-  
 n-  
 is  
 ve-  
 æ-  
 wo  
 en  
 er-  
 sç;  
 ous  
 ous  
 (I)  
 as,  
 du-  
 atis  
 es,  
 m-  
 erâ  
 m.  
 fo-  
 erii  
 ili-  
 no  
 em  
 ere

- Imperii quam aliis spectaculis, non videri posset rationi congruum sanæ, jus Germanicum ex Academiis nostris relegare. Ut itaq; brevibus circa quaestionem me expediam, Veteres Germanorum Leges non per omnia perfectas, modernas tamen Juri Romano in judiciis antefendas duco. Nefas esset, ut Conringii verbis utar, si secundum Romanas LL. solum vivendum esset. Uti
25. ea liberrimâ voluntate ob ordinibus Imperii sunt recepta, sic liberiori arbitrato abrogari possunt, nisi in quantum juri naturæ & Gentium concordant. Germani itaq; germanis, Saxones Saxonis non erubescamus uti LL. Quibus revertimur ad assertionis nostræ intentionem, nimirum Jus Saxonicum in Academiis non sine fructu doceri, cum maximus ejus sit in judiciis usus. Coleri dubium
26. circa doctrinam juris Saxonici ex ipso removemus Colero, Loqui eum apparet non de moderno, sed veteri jure Saxonum, præsertim eo, quod reperitur in *Sachsenspiegel* cum hodiernæ Constitutiones omnibus sint numeris perfectæ & laudatissimæ. Contrario etiam hoc contestatur facto, multa de Jure Saxónico scribens, laude dignum judicans opus, eorum insistere vestigiis, qui operâ suâ multum in Remp. literariam contulerint, utilitatis. Nimirum si retrospicimus Majorum nostrorum & doctrinas publicas & egregia scripta Juratorum Saxonorum, reipsâ sentimus, quam insigni cum emolumento illi doctrinam
27. Juris Saxonici civili Romano communi adjunxerint: Glorietur licet Bodinus de Gallia sua: *nec ulla pars orbis terrarum æquè floret omni disciplinarum genere ut Europa, nec ulla pars Europa Legum scientiâ clarior fuit unquam ut his temporibus Gallia. (id quod etiamnum peregrini homines confitentur) nec theatrum Gallie ornatius ullum hâc ipsa urbe*
28. *(PARI-*
29. *Bodin. præfat. ad method. historiæ.*



(PARISIIS): tum propter lumen hujus Curia, tum etiam propter urbis cum universo terrarum orbe communionem factit Gvidonem, Chasaneum, Boërium, Baronem, Conanum, Tiragvellum & Collegii sui decus Molinaum. Non invidemus Gallia suam, quam sibi literis quæsit, gloriam. Habet tamen Germania & in eâ Saxonia domi quoque; Justitiæ Antistites suos, quibus non omnis laus deneganda venit. Habuit sane ab seculis aliquot Germania tot tantaque; JURIS PRUDENTUM lumina quorum fama totum percrebuit orbem, ut vel insigni Juris peritiâ, felicissimâ facundiâ & elegantissimorum scriptorum copiâ Gallis non facile cedant: in quorum encomium decurrere hinc intentionis ratio prohibet. Saxoniam tamen nostram Papinianos non penitus taceo, utpote quorum consiliis, summâ prudentiâ & rerum variarum experienciâ JUS SAXONUM ad tantam perfectionem & dignitatem excrevit: ut exteræ quoque nationes id ipsum admirentur, exolculentur. Si hujus nostræ & Lipsiensis Academiae beatæ memoriæ Antecessores, nec non aliorum Collegiorum, Dicasteriorum, Scabinatum, Facultatum Assesores & Consiliarios ELECTORATUS SAXONICI, quorum opera in Jurisprudencia dilucidanda maxima fuit, in medium sistere liceret, non puto me insigniter errare, si hæc in parte Saxoniam nostram cum Gallia Bodini & ejus splendida urbe conferrem. Quisquis etenim est, qui Wesenbecio, Schneidevino, BEUSTIO, Zangero, Frantzio, Bartholomæo & Jeremiæ REUSNERIS, JOHANNI & AUGUSTINO STRAUCHIS, CARPZOVIIIS, HARTMANNO & Modestino de nobilissimâ gente PISTORIS, THOMINGIO & quamplurimis aliis ob insignia lucubrationum decisionum & Observationum forensium monumenta, tam Juris Civilis quam Saxonici Interpretibus

30.



31.

Lipsius.  
Epist. 14.  
cent. 6.

32.

De confir.  
Digest. 1.  
§. 1.  
Omnia  
gitur.

§. 13. ibid.

§. 2. de  
confirmat.  
Institut.

33.

bus felicissimis, assiduis laboribus partos honores non ultro deferret, & eis majorem famam addere non contenderet? Ingratus essem, nisi & presentis avi Ulpiani *Benedicti* Carpzovii itidem hac occasione mentionem facerem, cui inter humanas felicitates summa hæc raro sanè exemplo contigisse videtur, ut famam, quam alii post funera demum sibi parare solent, hic vivus à multis jã annis sit adeptus, Cujus viri labores in universo sane Jure utilissimi omnium hodie manus replent, quotquot vel Themidi operam & studia sua collocant discendo, docendo, judicando. Et quamvis non desint, qui rodere tentent (ut enim flamma firmior non surrexit unquam sine fumo, sic nec fama clarior sine nube aliquã livoris) frustra tamen sunt & erunt. Viro certe de universã JURISPRUDENTIã præsertim Saxonica meritissimo gratulamur, eiq; acceptum ferimus quod per eum tanta lux Juri Saxonum moderno accesserit, ut exteris quoq; ejus dignitas longè latèq; pateat. Applaudebatur sibi *Justinianus Imperator*, quando DEC Præsule, *Triboniano ministro* maximum opus aggressus ipsa vetustatis studiosissima opera jam pene confusa & dissoluta certo moderamine tradere jubens, videbat ex trecentis decem millibus versuum & pene duobus millibus librorum *Pandectas* sive *Digesta Juris civilis Romani* felici successu confecta & collecta, ut non mole divitiarum expensa possint homines supervacue LL. multitudinis adipisci volumina, sed vilissimã pecunia facilis eorum comparatio pateret tam ditioribus quam tenuioribus, minimo pretio magna prudentia reparanda, & juventuti liceret prima LL. cunabula non ab antiquis fabulis discere, sed ab Imperiali splendore appetere, nihil inutile nil perperam positum, sed quod in ipsis rerum argumentis obtineat. Tempora sane nostra si Germani, si Saxones quoq;

qv  
qv  
na  
m  
di  
M  
ad  
qv  
&  
ip  
qv  
pe  
op  
Vi  
fe  
an  
gu  
fe  
de  
pr  
xo  
fe  
ne  
D  
ru  
se  
eo  
se  
ca  
pe  
u



quoque; cum precedentibus seculis conferimus, immane quantum hæc distant ab illis. Majores nos quam Tribonianus DEO Omnipotenti debemus grates easdemque immortales, qui pulsa superstitione veterum, profligata ruditate morum, iniquitate damnabili ad verum divinæ Majestatis cultum & ipsius JUSTITIÆ genuinam scientiam & administrationem Germaniam & Saxoniam reduxit: ut quisquiliis rejectis, justitiæ fontes limpidissimos ex Patriæ & Principum Legibus saluberrimis haurire possimus: ex ipsa in judiciis terræ nostræ observantia diductis. Adeoque mentis imbecillate laborare merito dici possent, qui perspicuis hisce Juribus spretis farraginem obsoletarum opinionum in scholas forumque nostrum reducere mallent. Vitro relicto pulsem tangamus; Jus itaque Saxonicum præsertim modernum qui scholis una cum ejus Interpretibus antea laudatis subtrahere tentant, rem sanam ratione fatagunt destitutam. Nos imposterum (si DEUS vires concesserit clementissime) prædecessorum, quam nobis ostenderunt viam, calcare non erubescemus. Quem in finem præter hanc, aliquot Dissertationibus publicis JURIS SAXONICI-CIVILIS doctrinam studiosæ juventuti (quæ ut feliciter succedant Deum veneramur supplices) proponemus. Moti inter alia Cisneri egregio incitamento: *Domesticarum rerum commemoratio tanto præstat externarum descriptioni, quanto & laudabilior est paternarum sedium, quam externorum populorum illustratio, & potior eorum, quæ domi & in suâ civitate, quam quæ foris extrinsecus fiunt, cognitio. Nam alienarum rerum ignoratio excusari potest, at domesticarum inscientia vix in privato permittitur, nedum in eo toleratur, qui in Rep. versatur. Ut enim præposteri hominis est aliena inquirere domestica*

*Cisnerus,  
in præfat  
ad Cran-  
zium.*

C negli-

es  
e  
vi  
n-  
ac  
lii  
jã  
re  
vel  
lo,  
ut  
o,  
en  
riã  
e-  
o-  
tẽ-  
n-  
es-  
is-  
ies  
an-  
Ela  
nes  
si-  
ri-  
pa-  
an-  
ibil  
en-  
nes  
oq;



negligere: Sic externorum historias cognitas habere, Patriæ  
sue statum, & quæ in eâ memorabilia contigerunt nescire  
perversi. Per se quoque dulce & laudabile est in Patriæ suæ  
pristinum statum, religionem, artes honestas & LL. quoque  
inquirere

*Et pius est PATRIÆ JURA referre labor.*

*Nobilissimi civis est Patriæ augmenta cogitare.*

*Hactenus Cisnerus - quibus ASSERT. I. finis.*

---

## CAPUT SECUNDUM.

*De*

# ORIGINE, VITA, POLITIA, MAGI- STRATU, DUCIBUS, REGIBUS, JURE NON SCRIPTO VETERUM SAXONUM.

## SUMMARIA.

1. *Uti civilis Romani, ita & Saxonici origo repetenda.*
2. *Saxonum gens vetustissima: ut origo etiam igno-  
retur.*
3. *Saxones à multis seculis clarissimi.*
4. *Num indigenæ vel advenæ Germaniæ.*
5. *Saxones à Sacis dici videntur.*
6. *Tres Germaniæ populi celebres, Saxones, Boji &  
Franci.*
7. *Rei Saxonica Scriptores varii.*
8. *Forma Reip. Saxonica Aristocratica fuit.*
9. *Democratiam & tyrannidem nunquam tolerarunt.*
10. *Germania nunquam Romanis in totum subdita.*
11. *Inter Romanum jugum Germana semper enituit libertas.*
12. *Jura Romana temperarunt semper institutis propriis.*
13. *In certas Germania divisa fuit Respublicas.*

14. Saxo-

14. Saxonia à plurimis seculis suos habuit Reges, Principes ac Duces.
15. Catalogus Regum ac Ducum Saxonie apud Fabricium.
18. Imperatorum Romanorum nunquam tanta potentia in Germaniâ, quàm in Italiâ fuit.
19. De libertate sua Principes Germanie & inter eos Saxonie Reges nil unquam remiserunt.
20. Proprio jure semper licuit Saxonie Genti Ulti.
21. Jure superioritatis territorialis Leges dant proprias Duces Saxonie.
22. A judiciis Saxonie appellare non licet supremis.
23. Privilegium de non appellando & advocando jurato ab Imperatoribus Romanis confirmatur.
24. Veteres Saxones nullis LL. scriptis usi.
25. Feritate & barbarie prisca Saxonum gens apud Historicos notatur.
26. Bellis tamen gestis orbi se reddiderunt formidabiles.
27. Multæ etiam virtutes in Saxonibus quamvis bello magis quam literis deditis, emicuerunt.
28. Honestatis & justitie etiam inter arma fuerunt amantissimi.
29. Laudabili jure non scripto & moribus sunt usi.
30. Actiones laudabiles Saxonum.
31. Pœne delictorum graves.
32. Processus in decidendis litibus singularis & summarius absq; strepitu judicii.
33. E gente Saxonica Reges, Imperatores, Duces & Principes prodierunt innumeri, tam in Germania, quam Angliâ & Galliâ.

**R**Omani juris conditores facturi Legum veterum interpretationem, ab urbis initiis rem existimarunt

l. i. pr. ff. d.  
org. Jur.

repetendam, quod id demum perfectum sit, quod omnibus suis constet partibus, inconueniens etiam omisissis initiis atq; origine non repetita illotis quasi manibus protenus materiam interpretationis tractare. Idem nobis faciendum circa doctrinam juris Saxonici, veniam ut confidimus, impetraturis, si ex historicorum monumentis de origine Juris Saxonici quaedam præmiserimus.

Petr. Heig.  
quest. jur. 8  
2. part. 1. n.

*Ad nominis enim Saxonici gloriam, teste Heigio Jcto celeberrimo de Jurisprudencia Saxonica meritissimo & hoc pertinet, ut quo jure quibusq; institutis ea gens antiquitus usa sit, sciatur, cum nemo putet illos hac parte aliis laudatissimis gentibus inferiores fuisse, aut etiam ingenia civilibus studiis inidonea habuisse.*

2

Georg. Fabricius de  
origin. Saxon.  
lib. 1.  
pag. 1. & 2.

Sed circa historiam veterum sciendum ex Fabricio Historiographo Electorali Saxonica, originum Saxonicarum indagatore laboriosissimo, eam multis fabulis mixtam nullo fideli vetustatis monumento aut aperto veritatis testimonio fulcitam. Quod commune est Saxonicae cum Germanica historia, Germanicarum enim gentium

\* Heig.  
part. 2.  
quest. 7.  
n. 1. & 2.

*memorata in profundo demersa est puteo Democriti (verba sunt Heigii \*) ut qui bene de ea conjecerit, vates optimus merit ita habendus. Et ita pro certo affirmari nequeat quo tempore Gens Saxonica caperit. Rerum adeo à fortissimis gestarum memoria & origo pene O-*

*mnis*

mnis interit, ut scriptores olim gentium discrimina  
 ignorantes unius nomen diversis saepe tribuerint. Ger-  
 maniaē populos esse Saxones & quidem clarissimos  
 extra controversiam est, Num indigenaē vel advenaē? Du-  
 bitatur quidem, Pro indigenatu allegantur quidem verba  
 Taciti: \* *Quis periculum horridi maris & ignoti Italiā reli-  
 sta Germaniam petere t informem terris, asperam celo, tri-  
 stem cultu?* pro origine tamen adventitiā pugnat Cisne-  
 rus ad Kranzium \* cui assentitur Heigius \* qui Saxonum  
 gentem Scyticam aut Persicam putant. Litem hanc  
 una cum annexā, num Saxones à Saxis & Petris à Sacis vel  
 Sasfonibus vel Ascanez filio Gomeri nomen habeant, phi-  
 lologorum damus scholæ. Illud in confesso est, jam tum  
 ante Caroli Magni tempora inter Germanicas gentes tres  
 fuisse celebratissimas: (ut aliarum mentionem linqua-  
 mus) *Saxones, Bojos & Francos*: inter quas continuis æmu-  
 lationibus, odiis & nonnunquam armis infestissimis cer-  
 tatum est, teste Albino Historico Saxonico & hujus quon-  
 dam nostræ Professore. Apud quem & Cranzium nec  
 non Fabricium memorabilia Saxonum bella aliaq; eorum  
 facinora & res gesta non omni laude privandæ legi & in-  
 veniri queunt. Nostrum jam est paucis inquirere in Sa-  
 xonum veterum Remp. consuetudines, Jura & Leges.  
 Forma quidem Reip, Saxonica etiam antiquissima maxi-  
 mam partem Aristocratica fuit: ut patet ex veteribus ea-  
 rum Legibus, quibus distinguuntur in Nobiles vel Edelin-  
 gios, Liberos, litos & servos. Nunquam Germanos vel Sa-  
 xones Democratiam vel Tyrannidem tolerasse deprehen-  
 dimus. Libertatis uti tota Germania ita præsertim Saxo-  
 nia vetus quoq; semper tenacissima custos fuit, & nun-  
 quam ita domita tota, ut Romanæ servitutis subiret ju-  
 gum aut Magistratus & Regiæ legis majestatem ab illis ac-

3.  
 4.  
 \* Tacit. d.  
 morib Ger-  
 ma.  
 \* Cisner.  
 in præfat.  
 ad. Kranz.  
 Heig. part.  
 i. quest. 8.  
 num. 1. & 6.  
 5.  
 6.  
 7.  
 Petr. Albi-  
 nis de Sa-  
 xon. ori-  
 gine pag.  
 34.  
 8.  
 9.  
 10.  
 cerse-

CASPAR  
ALEXAN  
DRI,  
Disput.  
inaugur.  
de avoca-  
tion: cau-  
sar. cap. 3.

11.

12.

Florus lib.  
4. c. 12.

13.

14.

15.

Fabricius  
de ducibus  
& Regibus  
Saxonum.

cerferet. Et si ulla unquam gens Germaniæ certè Saxoni-  
ca tribunal Romanum passa non est, libera inter medios  
hostes,, triumphata magis quam victa. Si quædam sum-  
psit à Romanis, aut per vicinorum commercia traxit,  
aut suis sic temperavit moribus, ut nedum apparerent Ro-  
mana. Neq; imperii reverentiâ, sed ut virtutis sibi inde  
ornamenta compararet, germanæ instrumenta gloriæ.  
Generosa indole nata nec pulchri, undecunq; daretur, ne-  
gligens, nec incuriosa suorum. Unde testatur Forus de  
veteri germania, quod tricas & subtilitates Romani ju-  
ris ignoraverit, imo odio habuerit summo Casarum Pa-  
tronos ut viperas, plura manu gerens quam calliditatem  
fori exercens. Politicæ interim amavit optimam formam  
& instituta quoq; habuit civilia præclara partim propria  
partim à gentibus vicinis mutuata: ita tamen ut dome-  
stica semper prævaluerint jura. Germania alias (ut ad  
Reip. statum redeamus) in varias divisa fuit Respublicas,  
communi imperio destituta, aut optimatibus paruit, aut  
Regibus & Ducibus, svadendi tamen potius, quam plenius  
imperandi & infinitâ autoritate. Principes per pagos  
vel vicos jus dixerunt, Duces præfuerunt bellis. De  
majoribus rebus omnes, de minoribus pauci consul-  
tarunt. Simili modo SAXONIA suos habuit Re-  
ges, Principes ac Duces, qui justitiæ & bellis præfuerunt,  
quorum fuit pro libertate Populi certare inq; consilium,  
proceres nationis suæ admittere: patriæ suæ & juris Sa-  
xonici defensores fortissimi, quorum Ducum ac Regum  
catalogum diligentissimè collegit in Genealogiâ Saxoni-  
ca versatissimus Fabricius. Nomina eorum hîc ascri-  
bere ab intentione nostrâ esset alienum. Prudentiâ & for-  
titudine insigni horum Regum & Ducum nec non ipsius  
gentis



gentis constanti alacritate & generositate Saxonia in sum-  
 mâ semper floruit libertate. Quamvis etiam Ger-  
 mania & imprimis Saxonia à Romanis sæpius bel-  
 lis lacescita, nonnunquam etiam subacta à Carolo Ma-  
 gno aliisque Imperatoribus, nullatenus tamen in durissi-  
 mam potuit ridigi servitutem, sed victa etiam majores  
 reasumpsisse videtur libertatis ardore, jura propria &  
 statuta firma semper coluit eaque ipsi victores eis confir-  
 marunt. Ut tam gentis quam Juris Saxonici aurea li-  
 bertas pressa nunquam suppressa, sed usque ad hodierna  
 tempora manserit salva. Licet à tempore Caroli Magni  
 etiam temporibus Romanum & Germanum Imperium  
 in unum coaluerit corpus, ut utrumque imperium unam  
 veneretur majestatem, Imperatorum tamen potestas Ger-  
 manorum in Germaniâ cum eâ, quam in Italia exercue-  
 runt, nulla ratione coæqvanda. De libertate sua non re-  
 miserunt quicquam Duces & Principes Saxonie, æque ut  
 reliqui Germanie proceres, ut ipsi etiam Imperatori nil  
 quicquam de juribus suis cesserint. Salvis existentibus  
 his immunitatibus, quas ante Imperatorum habuerunt ad-  
 ventum in Germaniam. Quæ libertas Saxonica à pristi-  
 nis Ducibus & Regibus ad nostros derivata est Serenis-  
 simos Electores, quibus præ aliis Liberis statibus imperii  
 immediatis jure quasi majestatis concessum est vi supe-  
 rioritatis territorialis proprias leges condere, & domesti-  
 co suo jure uti. A quorum curiis nulla datur avocatio,  
 nulla appellatio, adeo ut Imperatores jurato adstringan-  
 tur Saxonibus jura sua integra & salva relinquere. De qui-  
 bus Juris publici doctrina plura suppeditat, De jure qui-  
 dem avocandi verba sunt sunt clara in Recessu Imperii:  
 Wir sollen und wollen auch die Churfürsten etc. mit richterli-  
 chem

18.

19.

20.

21.

22.

23.

i-  
 os  
 n-  
 t,  
 o.  
 a.  
 e-  
 u-  
 a-  
 m  
 m  
 ia  
 e-  
 ad  
 as,  
 ut  
 us  
 os  
 De  
 ul-  
 e-  
 nt,  
 n.  
 Sa-  
 ni-  
 ri-  
 or-  
 us  
 tis



*Herma.  
Conring.  
tract. de  
orig. Juris  
german.  
cap. 1.*

chen oder gültlichen tagleistungen außserhalb Teutschen Nation und vor ihre ordentliche Richter nicht darzu erfordern/ noch fürbescheiden/ sondern sie/ laut der Gütönen-Bull/ wie des Reichs Ordnungen vermögen/ verbleiben lassen. Et paucissima hæc de forma Reip. Saxonica. Videamus nunc de Saxonum Juribus. Et prius quidem de eorum Consuetudinibus & *JURE* Non scripto. Vetustissima sane gens Saxonum nullis videtur Legibus scriptis usa, usq; ad tempora Caroli Magni. Existimat enim Conringius (quem honoris gratia lubenter allego patrii juris & germanicarum rerum speculatorem judiciosissimum) gentes germanicas initio non secreta solum literarum sed & usum earum penitus ignorasse, ipsaq; scriptionis elementa in Germaniâ sero capisse, quando multis jam seculis steterat doctrinæ gloria apud Asiæ, & Africæ populos. Unde factum quoq; quod juris germanici antiquissimi nec monumenta nec testes celebres adduci possint: Cui rationi quamvis opponi videatur ab Heigio & aliis, quod verisimile non sit, illustrissimam gentem Germanorum absq; LL. vixisse, utpote monumenta historicorum in Latio, Aventino & Spangenbergio aliisq; veterum, Legū scæpe faciant mentionem, Germania etiam antiqva non omnino literatis & eruditis caruerit, ex quib; allegant Dicenæum & Comosicum, Doracum, Hildegastū, Salagastum, Druides celebres, Svanhildim Sybillam, nulla tamen extant eruditarum Legum illarum documenta. Accedit altera ratio ab ipso Heigio suppeditata, quod sub regibus tempore bellico omnia ex æquo sint & bono decisa, præsertim cum populus ob justitiæ & æqvitatē opinionem eos elegerit. De vetustissimâ quidem Saxonum gente, quod Legibus scriptis parum operam dederit vix dubitandum est, si ea  
atten-

attendamus, quæ de ista scribuntur. Saxones etenim pri-  
sci ut & Germani reliqui nec veri Dei cognitione nec  
liberalium artium culturâ gaudebant, sed feritate & ar-  
mis.

*Aspera gens Saxo vivens quasi more ferino*

Dura admodum Eginharti sunt verba de hâc gente: Saxones sicut omnes ferè Germaniam incolentes natio-  
nes & naturâ feroces, & cultui Dæmonum dediti, nostrâq;  
religioni contrarii neq; divina neq; humana jura vel  
polluere vel transgredi inhonestum arbitrantur. Deos  
ob immanem feritatem sanguine placarunt humano, de-  
cimum quemq; bellis triumphando maectantes: Hinc pro-  
pter bella felicissimè gesta toti orbi se reddiderunt for-  
midabiles. De iisdem Georgius Fabricius: *Nil humile  
cogitare, omnia appetere, nihil existimare durum, nihil fugi-  
endum unde gloria se ostenderet, arma gerere non tam de-  
cora, quam ponderosa, non loricas corporis sed corpora loriceis  
aptare, ea præda in bellis optatissima, quæ majoribus vul-  
neribus pararetur.* Apparet inde, Saxones libertatis a-  
mantissimos non literis sed bellis consumsisse ætatem,  
nec enim terrâ solum, sed & mari fortitudinem suam  
extenderunt, ut conjecturare facile licet, parum de Le-  
gibus scriptis vel Græcorum vel Romanorum vel propriis  
solliciti. Sub Regibus, ut antea dictum, omnia manu  
regebantur. Multæ interim virtutes inter feritatem &  
barbariem hanc Saxonû emicuerunt, quamvis LL. scriptis  
destituti, non tamen penitus rationabili consuetudine:  
A feritate etiam sensim desciverunt, varias virtutes am-  
plexi, ut egregia laus sit Germanorum hæc sola: quod  
enormia scelera diligenter caverint & evitarint. Anno-  
tatu digna sunt, quæ de Saxonibus referunt veteribus,

Eginhartus  
de vitâ &  
gestis Ca-  
roli Magni

26.

Fabric. de  
orig. Sa-  
xon. lib. I.

27.

D

Histo-

Historici: Lenti fuerunt in consiliis, non tamen stu-  
 pidi, quod semel statuerunt, constanter defendentes, la-  
 boris patientissimi, quamvis ebrietati & intemperantiæ  
 dediti, ad consilia nihilominus accesserunt non jejuni,  
 ut ebrii minus scelerata commisisse Scriptores testentur,  
 quã alii sobrii. Honestatis imprimis & iustitiæ fuerunt amã-  
 tissimi Saxones, & laudabili jure non Scripto vel consuetu-  
 dine in Rep. suâ utebantur, ut teste Cæsare habuerint è no-  
 bilitate electos qui per pagos & vicos (urbium enim exiguo  
 numerus) jus reddiderunt. Matrimonia servarunt casta,  
 vagam libidinem capitali affecerunt pœna, virginem  
 strupratam imponentes rogo, mulierem corruptam  
 strangulantes laqueo, stupratorem, vel adulterum supra  
 sepulchrum mortuæ flagris lacerantes, cingulotenus su-  
 spendentes. Dotem dabant arma & pecora, pecuniam  
 vili habentes, liberos honestè educantes, & laboribus  
 assiduis exercentes; ut verum videatur, quod Tacitus  
 de Germanis in genere: *Plus apud eos bonos mores, quam  
 alibi optimas valuisse Leges.* Non minus iusti fuerunt Sa-  
 xones in erogandis suppliciis, delicta enim severissimis  
 persecuti sunt pœnis: Insidias furti violentiâ latrocinii  
 detestabiliores gravius puniebant, ociosos, qui nec agrum  
 colebant, nec militabant (hæc enim duo vitæ genera ejus  
 gentis honestiora) ad remos condemnarunt. Domum  
 vicini spoliare, abditum prodere, capitale; Cum per-  
 juro nemo sedebat, cibum capiebat nemo, exilio plecte-  
 batur pacis, capite belli tempore. Supplicia fuerunt  
*Gladius, furca, rota, palus, forpex, virga, ignes, aqua.* Quæ  
 sane omnia tam laudabilia apparent, ut iniustitiæ nemo  
 Saxones facile arguere possit, cum Legibus nostris hodi-  
 ernis

Tacitus de  
 morib.  
 german.  
 31.

ernis hæc justitia ferè non dissimilis appareat. Litis  
 processus solennes non erant, controversias tamen absq;  
 strepitu judicii amicis & hospitibus decidendas dede-  
 runt, citra iram implacabilem, redeuntes sæpe à concer-  
 tatione & vulneribus ad mutua colloquia & convivia  
 jungendo dextras & amorem. Quæ & alia virtutum &  
 justitiæ Symbola non licuit mihi apud scriptores rerum  
 Saxonicarum sine sensu & admiratione quadam animi  
 legere, cum vel tantus ardor honestatis & integritatis vix  
 in Rep. Christianorum appareat, nec tantam apud nos  
 Legum scriptarum observantiam deprehendere liceat:  
 qualis medias inter tenebras religionis & stridorem ar-  
 morum adfuit juri scripto & laudabili veterum Saxo-  
 num consuetudini. Et hæc fuerunt initia gentis Saxo-  
 nicæ ratione juris & honestatis. Ex quâ stirpe tam no-  
 bilissimi in orbem terrarum disseminati sunt sur-  
 culi. E ducibus enim & Regibus Saxonix prodie-  
 runt innumeri ferè Reges, Duces, Imperatores & tandem  
 Electores: Nec fides hæc in parte deneganda est Ge-  
 nealogix Saxonix structoribus artificiosissimis, Albino  
 & Fabricio, asferentibus ex Familia Witekindi Regis Sa-  
 xonum trahere ortum, Duces Holsatiæ, Reges Daniae,  
 Reges Angliæ, Marchiones Montisferatenses, Reges Hye-  
 rosolymæ & Tyri, Duces Thuringiæ, Romanos aliquot  
 Imperatores, Bavarix & Sæviæ Duces, Marchiones  
 Misniæ, Reges immo Galliæ, & demum Serenissimos no-  
 stros Electores, usq; ad clementissimum nostrum Jo-  
 hannem Georgium II. & III. Defensores anti-  
 quarum virtutum & Juris Saxonici  
 Potentissimos.

33.

D 2

CA-



CAPUT TERTIUM.

De

LEGIBUS VETERUM SAXONUM  
SCRIPTIS, IMPRIMIS EIS, QUÆ HABENTUR  
APUD HEROLDUM ET QUÆ IN SPE-  
CULO CONTINENTUR SAXONICO,

SUMMARIA.

1. *Inter bella varia Germania & Saxonia diu fuit LL. scriptis destituta.*
2. *Exteriprimi ferè rerum germanicarum scriptores.*
3. *Sub Regibus licuit Saxonibus vivere sine Legibus scriptis.*
4. *Germani veteres tandem manus adhibuerunt scribendis Legibus.*
5. *Non tamen ante annum 400. à Christo nato.*
6. *Reliquia germanicarum Legum veterum à Basilio Heroldo collecta.*
7. *Hæ censentur esse ea, quas Carolus Magnus in arce Sachsenburg Saxonibus confirmavit.*
8. *Ante tempora Caroli M. nulla vestigia latina lingvæ, nullus scriptiois usus ferè in Germaniâ*
9. *Leges Heroldi uti sunt vetustissima, ita simplices, rudes & in barbarie seculi collecta.*
10. *Exempla harum Legum.*
11. *A veteribus, studiis literarum destitutis, alia expectari non poterant Leges.*
12. *Ufus earum hodie nullus restat.*
13. *Consuetudines valent, quamdiu rationi consentiunt.*
14. *Nostris LL. modernis merito cedunt.*
15. *Legum veterum, quæ perierunt, non magna jactura*

16. SPE-

16. SPECULI Saxonici Libri tres.
17. Contenta.
18. Autor Eccardus à Repkau N bilis Saxo.
19. Origo ejus non est à Caroli M. temporibus deducenda.
20. Cranzii historici judicium de Speculo.
21. Post annum 1200. demum conscriptum.
22. Receptum fuit priscis Germanis initia rerum Carolo vel Constantino ascribere.
23. Ad majorem auctoritatem Caroli nomen adhibitum.
24. Ex mente Heigii speculum conscriptum temporibus Friderici II. Imperatoris.
25. Dignitas Speculi apud veteres Saxones magna fuit: ut ad instantiam Comitis à Salekenstein translatum in germanicam linguam.
26. Ab Imperatoribus etiam Romanis Saxonibus confirmatum.
27. Glossis à Burchardo à Mangensfeld illustratum & à Gregorio Pontifice a mendis quibusdam purgatum.
28. A Regibus Bohemia & variis Imperii Principibus receptum.
29. Quamvis ii videantur iterum ab eo descivisse ad jus Romanum hodie, in foro tamen Saxonico ejus superest quaedam auctoritas.
30. Vim habet Juris consuetudinarii.
31. Jus Magdeburgicum Reichbild è Saxonico ortum trahit.
32. Ottoni I. vulgo Autori ascribitur.
33. Quid sit?
34. Aliorum de hoc jure opinio.

**L**eges quod attinet Scriptas Saxonicae gentis, credibile quidem est eam juris scripti adminiculis diu fuisse de-

stitutam, germaniã totã inter diuturnã belli seriem nemi-  
 nem habente, qui vel Leges annotasset & posteritati tra-  
 didisset, unde videmus exterã nationis historicos primos  
 2. ferè fuisse rerum germanicarum buccinatores, ut liquet  
*Tacitus.* ex Tacito compendioso germanorum morum, virtutum  
 & vitiorum observatore. Accedit, quod Germanis & Sa-  
 3. xonibus sub ducibus & Regibus sine Legibus vixisse licue-  
 rit, & quod maximum est, liberalium artium & literarum  
 neglectus, quamvis de Druidibus Germaniã referat Julius  
 Cæsar, quod noluerint disciplinam suam literis mandare,  
 4. ne in vulgus sacra efferrent. Tandem tamen Germani  
*Suffridus.* etiam barbari & ethnici adhuc manum scribendis Legibus  
 admoverunt. De Frisonibus putat Suffridus eos, à Con-  
 ditore Frisone leges scriptas accepisse ante Christum ad-  
 huc natum, Francorum celebris est & decantata lex Salica  
 circa annum Christi 420. sub Pharamundo Rege data. Eo-  
 dem tempore fere Saxones quoq; cum Francis æq; cele-  
 5. bres populi suas scribi curarunt leges teste Witekindo lib. 1.  
*Witekid.* quos & alii germaniã populi secuti sunt: uti pluribus vi-  
 dere licet apud Conringium de Origine juris Germa-  
 nici, qui existimat Germanos post annum Christi 400.  
*Conring.* cæpisse Legibus uti scriptis, in specie enarrans LL. Wisig-  
 de orig. gothorum, Ostrogotorum, Gothorum, Burgundionum,  
 jur. germ. Francorum Saxonum aliorumq; populorum germanico-  
 c. 2. & seqq rum aliquot capitibus. Inter reliquias harum LL. scri-  
 ptarum recensentur merito illæ, quas collegit *Basilii Jo-*  
 6. *hannes Heroldus* è bibliothecâ *Wolfgangi Abbatis Fuldensis*,  
*Heroldi* peculiari libro, quem inscribit: *Originum ac antiquitatum*  
*LL. Ger-* *germanicarum libros.* Et complectitur hic tractatus ve-  
*manica.* *tustissimas quasdam LL. Francorum, Salicam, Alemanno-*  
*rum, Saxonum, Angliorum, Thuringorum Burgundionum,*  
*Ripua-*



Ripuarias, Bajeariorum, Westphalorum Werinorum, Frisonum. Quod ex his spectat Saxonum LL., has plerique eas esse autumant, quas Carolus Magnus Saxonibus dedit, vel confirmavit potius. Eginharti hac de re testimonium de Carolo scribentis exstat: *Omnia eum nationum, quae sub ditione ejus erant, jura, quae non scripta erant, describi ac literis mandari fecisse* Eadem sunt LL. de quibus Repkovius prologo & lib. 1. art. 18. speculi Saxonici dicit, Saxonibus à Carolo datas esse LL. in arce *Sachsenburg* cum annos 33, cum iis bella gessisset eosque sua lenitate in fidem recepisset. Cui consent re videtur Carpzovius. Lindebrogius quidem has multo antiquiores vocat ob membranarum & manus vetustatem, huic tamen contradicit Conringius, ex ea ratione, quod usus latinae linguae, in qua haec LL. conscriptae, nullus fuerit apud Saxones, nec scripturae vestigia appareant ante Caroli tempora. Accedit huic sententiae Petrus Heigius: Carolus, inquit *jus Saxonicum descriptum esse voluit, non eam formam, qua in speculo & Reichbild provincialia jura leguntur, sed rudiore paulo Minerva: nisi fallor ad eum modum, prout Heroldus eas cum aliis antiquorum Germanorum Legibus simul in lucem dedit. Nam in tit. 2. c. 3. Ecclesiae DEI & fectorum Christianorum, & tit. 5. cap. 1. Regis Francorum ut & magistratus Saxonum mentio fit &c. & quod ab aliis historicis refertur Carolum M. testamenti factionem Saxonibus denegasse id clarissime exprimitur in tit. 14. §. 2.* Quicquid sit, vetustissimas has esse in ipsa seculi barbarie collectas haud difficile colligere est, si internum earum valorem pensitemus, Quamvis compilator Heroldus farraginem hanc: *Opus pietatis nec non veteris venerandaque illius verè Francicae Majestatis plenum praedicet, in quo vocum proprietates cernatur, & solers admi-*

7.  
Eginhartus de vita Carol. M.

Carpz. ad leg. Reg. German. cap. 9. sect. 1.

8.

Petr. Heigius quaest. Jur. civil. & Saxonici part. 1. quaest. 8. num. 23.

9.

Heig.  
qvæst. 7  
n. 30.

*administrationis Reip. exemplar aliis imitandum exhibeatur, autor tamen amore venerandæ antiquitatis excæcatus videtur. Ut taceam sermonis obscuritatem, & vocum barbariem, multa deprehendes in illis sacris literis vel obvia, vel æqvitati & rationi nonnihil contraria: ut fere Saxonibus indignæ videantur, si conferas cum illo jure non scripto, cujus præcedenti capite mentio facta. Idem judicium de hisce Legibus est Heigii: *Simplicitas, inquit, legum veterum ex reliquiis patet, quas Heroldus sub nomine antiquitatum germanicarum publicavit: Liceat ex his legibus paucas ascribere, & res erit clara: Titul. ii. Parag. i. in Legib. Saxoni; de homicidio: Qui nobilem occiderit MCCCC XL. solidos componat. Parag. 2. Quicquid de superioribus factis in fœminam committitur, si virgo fuerit, dupliciter componatur, si jam enixa dupliciter. Parag. iii. Litus occisus CXX. solidis componatur, multa vero vulnerum ejus per omnia duodecima parte minori quam nobilis hominis solvatur à solido majori. Parag. 4. ibid. Servus à nobile occisus 36. solidis componatur vel tribus jurantibus neg. à libero vellito pleno sacramento. Parag. 6. Si mordum totum quis fecerit, componatur primo in simplo, juxta conditionem suam, cujus multa pars tertia à proximis ejus qui facinus perpetravit, componenda est, duæ vero partes ab illo & insuper octies ab eo componatur, ac illi ac filii ejus soli erunt fideosi. Acumen & æqvitatem harum LL. lector ipse perspiciat. Scilicet veterum animi nullis studiis, nullâ religione imbuti, non alias nisi rudes & simplices dare potuerunt Leges, unde mirum non est quasdam ex iis tam affabrè ad normam divinæ legis non fuisse expolitas, cum ejus non nisi naturâ duce eamq; valdè obscuram habuerint cognitionem. Belli enim potentes non sapientes esse studuerunt.**

III.

runt. Demus veniam antiquis, summo numini gratias  
 reponentes quod nobis concessit alias lumini revelato &  
 justitiæ convenientiores in locum earum surrogare. Ha-  
 rum itaq; & aliarum veterum LL. nullus amplius super-  
 est usus & observantia. Consuetudines enim & leges ve-  
 terum tamdiu obtinent, quamdiu rectæ conveniunt ra-  
 tioni: & quamvis Carolus Magnus has & alias Saxonibus  
 confirmasse dicatur Leges, ob duritiem cordis eorum im-  
 mutatas eas relinquens, hodierno tamen non quadrant  
 seculo, sed iis quibus nunc utimur legibus salutaribus me-  
 rito cedunt & locum dant. Præter dictas leges Heroldi  
 si forte aliæ dentur ejus farinae, de iisdem idem judicium.  
 Uti quidem Poëta inter Scriptores Germanicos quarun-  
 dam meminit.

12.

13.

*Carpzov.  
 ad leg.  
 Reg. cap 9.  
 sect 1.*

14.

Regis Henrici volo dicere prælia Quarti  
 Contra Saxonum gentem sua jura negantem  
 Sed Rex ut teneros superat virtutibus annos  
 Jura dedit Leges statuit redhibenda coercet  
 Ecclesiis viduis miseris vi rapta requirit. &c.

15.

Sed ubi hæ & aliæ leges existant, nullibi reperitur: Ne-  
 que earum magna est jactura, utpote sapius dictum, an-  
 tiqvissimis Germanis non paucas tantum sed & rudes fu-  
 isse leges, in quibus multa contineantur absurda, ridicula,  
 sæpe etiam impia. Recentius his legibus, quoddam jus vi-  
 detur esse Speculum Saxonicum *Sachsenspiegel*/quod ger-  
 manice etiam vocatur *das Land-Recht*. De quo nonnul-  
 la veniunt necessario dicenda. Absolvitur libris tribus &  
 234. articulis: quibus postmodum accesserunt Interpre-  
 tationes & glosæ prudentum, editum hodie opera & stu-  
 dio D. Christophori Zobelii. Continet hic liber peculia-  
 res quasdam consuetudines veterum Saxonum primitus

*Heig. part.  
 1. quest. 7.  
 12. 29.*

16.

17.

E lingvâ



18.

lingvâ latinâ, post modum etiam germanicâ ad instantiam  
Comitis Hojeri à Falckenstein per Eccardum à Repko No-  
bilem Saxonem consignatas, ut patet ex versiculis ad sim-  
plicem vetustatis numerum compositis:

Dieses Recht hab ich selber nicht erdacht/  
Es habens von alters auff uns gebracht  
Unßre gute Vorfahren ic.  
Ein Spiegel der Sachsen  
Soll dis Buch seyn genand/  
Darin der Sachsen Recht ist bekand/  
Gleich als in einem Spiegel die Frauens  
Ihr klares Angesicht pflegen zu schauen.

19.

Land-  
Recht  
lib. 3. art.  
38.

Crantz.  
lib. histor.  
Saxon. 2.  
cap. 1.

De origine hujus speculi non convenit inter Doctores.  
Sunt, qui putent, has in illo leges contineri, quas Carolus  
Magnus Saxonibus confirmaverit in arce Saxenburg, de  
quibus jam antea diximus, moti procul dubio verbo in  
speculo lib. 3. artic. 33. glosf. Das sie hören: Dieses der  
Sachsen Recht ist gegeben worden auff der Sachsen-Burg  
vom Könige Carolo nach Christi Geburth im 810. Jahre  
und seines Reichs im siebenden den 10. Tag des Hornungs.  
Crantzius autem rei Saxonica scriptor non incelebris hoc  
ipsum à fide historica longe deviare pluribus ostendit. Di-  
ligentissimi, inquit scriptores illorum temporum ejus rei  
nullam faciunt mentionem, cum tamen multo plura  
commemorent. Indignum ait hunc librum autoritate  
Caroli, qui & ipse doctus fuerit & doctissimis stipatus. O-  
mitto (verba sunt Crantzii) barbarismos, quos plurimos  
facit fabulator, ut ea re vel maximè prodat non esse nar-  
rationem Karoli, cujus scrinarii non ita titubassent, ubi  
integrum catalogum recenset earum rerum, quæ à veri-  
tate

tate abhorreant historica. Calculum Cranzio addunt alii antiquitatum indagatores inter illos Conringius: nimirum speculum hoc non temporibus Caroli M. vel Constantini; sed post annum millesimum ducentessimum demum conscriptum esse. Non obstat, quod sapius mentionem faciat Caroli M. & Constantini: veritas repugnat historica, cujus non fuit speculator observantissimus, quamvis alias juris illum peritissimum dicant observatores antiquitatum, & Go dastus eum iudicii Cæsarei in Saxoniam Ascesforem, fuisse auguretur. Receptum alias fuit illi ætati legum & consuetudinum initia vel Carolo vel Constantino accepta referre. Licet itaq; Caroli Magni temporibus Leges Saxonum confirmata & scribi cæperint; speculum tamen hoc longe post fata Caroli confectum. Poterant illæ consuetudines esse confirmatæ à Carolo, quas collegit postmodum Repkovius, Caroli autem nomen ad majorem libro comparandam auctoritatem ascriptum. Lis hæc dirimitur apud Heigium: *Caroli M. ætate ut aliarum bonarum rerum ita & LL. juris Saxonici monumenta inclarescere cæperunt. Nos contenti hoc Magno Principe & Germano Imperatore, hanc laudem ad alia ejus insignia in Remp. Germanæ merita aggregamus merito, quid enim gloriosius, quam cum veræ Christianæ religionis cognitione etiam scriptas Leges à tanto Principe accepisse: Quamvis falsum sit, speculum Saxonicum tempore Caroli M. compilatum. Carolus n. jus Saxonicum descriptum esse voluit, non tamen eâ formâ, sed ad eum modum, prout Heroldus eas collegit, ut vero similis sit Imperatoris Friderici II. tempore speculû conscriptû, quo tempore Comes Hojerus à Zalsenstein vixit, ubi plures addit rationes. Et tantum de origine speculi. Quæritur quænam hujus libri sit dignitas, quænam valor? Olim sa-*

21.

22.

23.

Heig. quest. 8.

24.

25.

m  
o-  
n-  
  
es.  
lus  
le  
o in  
der  
urg  
ye e  
ags.  
hoc  
Di-  
rei  
ra  
te  
O-  
nos  
nar-  
ubi  
eri-  
tate



ne in magno pretio fuisse dubium non est, incrementa enim rerum ob raritatem aestimantur, copia literarum nauseam creat. Comiti ut audivimus de Falckenstein adeo gratus fuit & acceptus labor Viri Nobilis & inter indomitos tunc clarissimi de Repkau, ut eum, germanice ut redderet, petierit instanter ut indicant versiculi:

Nun dancket allgemein  
Dem HErrn von Falckenstein/  
Der da Graff Hojer ward genand  
Das nun in teutsche Sprache verwa nd  
Dis Buch ist worden auff sein Bete/  
Ett von Repkau dasselbe thäte.

26.

Confirmatum hoc Jus Saxonum etiam videtur à multis Imperatoribus, adeo ut pro jure communi Saxoniae quondam sit habitum: Das Sächsische Landrecht; Cum autem multa aspera & dura contineret, tractu temporis sensim per glosas & plurimam Pontificis Gregorii de rigore ejus quid sublatum, & quantum fieri potuit juri Pontificio articulis canonici juris adversis rejectis & Civili Romano conformatum: munitum imprimis privilegio Ottonis I. in calce operis annexo. Referunt de Ottone Magno, quod paulo ante obitum suum anno Christi 974. nobili Viro Burckardo de Mangensfeld/ J. U. D. & Sacri palat. Quaestori, illud negotii dederit, ut speculum Saxonicum commentando, diversitatem ejus à jure civili & canonico per deductiones legum & Canonum ostenderet. Quod factum ab eo incluso per quadriennium in conclavi. Et sic extra controversiam est, speculi magnam fuisse apud priscos Saxones observantiam, praesertim postquam glosis erat variis illustratum & ab erroribus suis purgatum, adeo  
ut

27.



32. juridedit devastatio urbis Magdeburgensis & ejusdem reparatio. Otto I. enim hanc urbem Conjugi Edithæ filia Edmundi Regis Angliæ in dotem dedit, & inter singularia privilegia civitati peculiare quoque; hoc Jus Municipale, quo ipsi regerentur. Teste Riccio, nil aliud est hoc jus, quam compendium factum ex medullis legum Saxoniarum, ita ut non modo quæ prolixius in speculo Saxonico tradita sunt contracta, sed & obscuriora & breviora explicata fuerint paucis hinc inde noviter adjectis. Unde autem hoc jus dicatur *Weichbild* videri potest apud Riccium & Gryphiandrum de *Weichbildis*. Conringius tamen Jus hoc Magdeburgicum Ottoni I. nullatenus ascribendum fide historica putat, nec ejus privilegium esse, quod calci operis annectatur: Cui multis argumentis assentitur Petrus Heigius & Colerus. Nos Pergimus his relictis ad reliqua tempora, quibus Saxones suo Imperatoribus usque; nostros modernos serenissimos Electores, vixerunt.

*Griphian-  
der.  
de Weich-  
bildis  
34.  
Conring.  
cap. XIII.  
d. orig. jur.  
Germ.  
Heig.  
quest. 8.  
num. 35.  
Coler. in  
orat. de  
juris Sa-  
xon. orig.  
& progres-  
su.*

#### CAPUT QUARTUM.

*De*

QVIBUS LEGIBUS SAXONIA, PRÆ-  
TER ANTE DICTAS USA A TEMPORE CAROLI  
MAGNI ET SEQUENTIUM CHRISTIANORUM IMPE-  
RATORUM, USQUE AD NOSTROS SERE-  
NISSIMOS ELECTORES.

#### SUMMARIA.

1. *Brevis precedentium repetitio.*
2. *A tempore Caroli M. sensim Germania religione Christiana & bonis artibus exulta.*
3. *A Carolo M. & Ludovico Pio Germania leges data.*
4. *Otto-*



- 4. Ottonis I. & II. temporibus Juris prudentia crevit
- 5. Henricorum tempora ob justitiam clara.
- 6. Imperatorum Germanorum Veterum Leges in Comitibus data fideliter in scripturam non redacta.
- 7. A Carolo M. ad seculum 13. jure non Scripto potissimum, nisi sunt Germani & jus dixerunt non juris peritiâ sed senili prudentiâ conspicui Viri
- 8. Circa seculum XIII. jus Pontificum in Germaniam diductum.
- 9. Constitutiones Imperatorum die Reichs-Abschide ante Caroli IV. Auream Bullam literis mandata sunt pauca, A Maximiliani I. temporibus caperunt fideliter aservari in scriptis.
- 10. Germani sequentibus seculis proprio jure non fuerunt contenti.
- 11. Ut Romani à Grecis, sic Germani à Romanis. LL. scriptas
- 12. mutuati sunt: easdemq; sub Christianis Imperatoribus in scholas & judicia assumpserunt.
- 13. Num Lotharii II. Saxonis temporibus Jus Romanum in Italiam reductum & Germaniam Autore Irnerio vel Wernero.
- 14. Num ex triplici jure idem unum Romanum servandum decreverit.
- 15. Ortus juris civilis vulgo THEODOSIO Juniori, progressus JUSTINIANO MAGNO, egressus LOTHARIO Saxoni assignatur.
- 16. Lotharius Saxo honorum Doctoralium & Magisterii autor creditur.
- 17. Conringii dissentiens opinio.
- 18. 19. 20. Friderici I. & II. temporibus Jus FEUDALE introductum, & alia laudabiles Constitutiones IMPERII promulgatae.

21. Cuius

s-  
gi  
n-  
us  
nd  
e-  
e-  
&  
e-  
ft  
n-  
e-  
i-  
u-  
i-  
o  
e-  
  
E-  
LI  
E-  
  
i-  
  
o-



21. Cum *JCTIS* jura Romana sensim irrepserunt in Germaniam, quorum magna fuit Autoritas.
22. ACADEMIÆ Germaniæ magno numero institutæ.
23. Felicitas hodiernæ Germaniæ præ antiqua.
24. SAXONIA quoque jus Romanum in scholas & judicia recepit.
25. Academia SAXONICÆ tres LIPSIENSIS, WITTEBERGENSIS, JENENSIS.
26. Jus Romanum Saxonicum non tollit.
27. CONSTITUTIONES ELECTORALES SAXONIÆ Novellæ integrum corpus juris Saxonici replent hodie.

1. DICTUM est in præcedentibus: Saxones ante Caroli M. tempora potissimum *JURE non scripto* usos, & quamvis tandem manus scriptioni Legum admoverint, illas tamen ob seculi barbariem pro parte rudes, pro parte iniquas extitisse: Opera itaque pretium erit paucis videre, num ne Gens Saxonica cum religione & artibus liberalibus, quæ videntur cum Imperatoribus Romanis in Germaniam translata, etiam Imperatorum Christianorum Leges vel jura quoque Romanorum in scholas & judicia sua admiserint. A tempore quidem Caroli M. historia passim tradunt Germaniam religioni Christianæ ab artibus liberalibus magis magisque operam dedisse: adeo magnâ contentione, ut eundem, quem in bello in literis etiam graviter eis incumbendo, ardorem ostenderint. Carolus ipse non solum Saxonum antiqua jura confirmasse, sed & alias LL. scriptas eis dedisse fertur: nec non aliis populis Frisonibus, Thuringis, itidem Francis leges traditur promulgasse capitulares, civiles & ecclesiasticas, de quibus Conringius videri potest.

Conring.  
cap. 13. de  
O. I. G.  
cap. 20. 21.  
22, 24. 32.

Vesti-

Vestigiis Parentis Caroli M. insistere laudabile duxit  
 successor regni *Ludovicus Pius*, religionem & justitiam in  
 Germania propagare studens, quem in finem multas tu-  
 lisse salutare quidem leges dicitur apud Scriptores re-  
 rum germanicarum *vid. Conrin. cap. 15. à. orig. jur. Ger-*  
*man.* Clari hâc in re sunt etiam *Ottones Imperatores, è*  
*Regibus & familiâ Saxonum* oriundi, quorum temporibus  
 magna lux affulsit Jurisprudentiæ, *Otto I. Magnus* dictus  
 Jurisperitos conquisivit, quos causis decidendis adhiberet,  
 de quibus \* *Mutius. Henricorum* etiam tempora laudan-  
 tur ob juris & justitiæ vigorem. Unde verosimile, multa  
 ab hisce & sequentibus Imperatoribus Romano-Germa-  
 nicis in comitiis tradita jura, quæ tamen fideliter poste-  
 ritati non sunt consecrata: ut teste Conringio à Ludo-  
 vico Pio ad Lotharium Saxonem Cæsarem 280. annis  
 nulla extent legum scriptarum documenta. Imo te-  
 stantur Historici de Germanis, quod multis annis Legum  
 scriptarum adeò fuerint incuriosi, ut à Carolo Magno  
 usq; ad seculum decimum tertium potius secundum jus  
 non scriptum ex receptis moribus sententiis pronuncia-  
 rint, nec ipsos Saxones LL. scriptas Heroldi vel alias ma-  
 gni fecerint. Ad jus enim dicendum non juris scripti-  
 peritos, sed viros elegerunt senili prudentiâ, quos exper-  
 ta justitia & pietas commendasset. A seculo tamen deci-  
 mo tertio post annum millesimum ducentessimum sensim Le-  
 gibus scriptis animum applicuerunt, & *Jus Pontificium* in  
 Germaniam hoc tempore videtur receptum. Impera-  
 ratores sequentes etiam in comitiis publicas sanxerunt  
 Procerum consensu Leges, quas publici fecerunt Juris,  
 quarum insignis quædam Lex imperii est *Aurea Bulla*  
*CAROLI IV.* † de qua Juris publici Autores integros com-

Mutius de  
 moribus  
 German.  
 l. 13.

4.

6.

7.

8.

9.

10.

quæ lata  
 est Fran-  
 cofurti ad  
 Mœnum  
 a. 1356.

F men

ma-  
 ia  
 EN-  
 elle  
 M.  
 am-  
 ta-  
 ini-  
 re,  
 calis  
 ma-  
 Le-  
 sua  
 oria  
 ar-  
 deo  
 eris  
 int.  
 nas-  
 nec  
 ncis  
 &  
 test.  
 csti-

mentarios replent. Reliquæ Leges Imperii à Maximilia-  
*ni I.* temporibus semper in scripturam redactæ, quarum  
 magna pars continetur in libro *Recessuum Imperii*, in den  
 Abschieden des heiligen Römischen Reichs; magna  
 pars procul dubio adhuc reservatur in Archivis Archi-  
 Cancellariæ Imperii, quæ est Moguntia. Nonnulla fide-  
 liter etiam collegit Goldastus. Ut itaq; ad scopum no-  
 strum collimemus, extra litem est, sub his temporibus  
 Imperatorum Christianorum magis magisq; Legibus  
 sua accessisse incrementa. Nec enim Germani proprio  
 contenti vixerunt jure, paucas enim leges præsertim  
 juris privati habebant, partim mutilas & imperfectas,  
 partim tales, quæ doctrinam juris accurratâ quadam me-  
 thodo, uti quidem Romanæ Leges, non suppeditabant.  
 Quemadmodum ergò Romani à Græcis, sic Germani à Ro-  
 manis mutuati sunt LL. scriptas, quas in Italia & Galliâ,  
 quæ regiones literis multo ante excultæ erant, florere  
 videbant. Romanorum inde Leges scriptæ, quæ Justi-  
 nianæ dicuntur, à Christianis Imperatoribus in scholas  
 & judicia Germanica translata sunt. Quo tempore hoc  
 factum sit, non convenit inter Doctores & historicos.  
 Communis & hætenus fere à veteribus recepta opinio  
 est, receptas esse Leges Romanas in Germaniam tem-  
 pore Cæsaris Lotharii. Verba extant Heigii ex Span-  
 genberg. *Hunc (Lotharium) jus Romanum è tenebris in  
 lucem primum reduxisse, nemo negat, & tot illi in historia  
 præconia tribuuntur, ut Constantini, Caroli & Ottonum  
 egregias laudes adæquasse merito censeatur. Quis etiam  
 hunc Saxonum suorum jura in squalore jacere passum fuisse  
 existimet, ac non potius omnibus viribus illustrasse credat.  
 Eidem quoq; ascribitur, quod Romæ & Bononiæ primum  
 iterum*

II.  
 III.  
 Spangenberg.  
 chronico.  
 Qverfurt  
 cap. 41.  
 Heig.  
 part. 1.  
 quest. 8.  
 num. 44.  
 Sigoni. de  
 reg. Ital.  
 lib. 11.

iterum Jus Romanum introductum. Verba ex Sigonio:  
 Cum Italia triplici lege, Romanâ, Longobardicâ & Salicâ  
 ex permissione Caroli M. à multis annis uteretur, Lotharius  
 lege sanxit, ut deinceps ex uno jure Civili judicia fierent,  
 & reliquis abrogatis Legibus Romanis tantum obtem-  
 peraretur. Occasio ex bello italico nata est, ubi repertæ  
 Pandectæ ab Irnerio vel Wernero lectæ, causam homini  
 virtute & dignitate apud Lotharium præstanti dederunt,  
 ut Auctor Imperatori esset, quo deinceps Roma & Bononia  
 libri Juris Civilis publicè enarrarentur, quemadmo-  
 dum olim Constantinopoli & Beriti. Ejusdem senten-  
 tiæ est Christianus Matthiæ & alii, restaurationem Juris  
 Civilis Romani Lothario II. Saxoni assignantes, quod  
 per Irnerium Jctum Cancellarium suum illud in scholas  
 & tribunalia revocaverit, Ortum ascribens Juris civilis  
 Romani Theodosio Juniori, qui codici Theodosiano nomen  
 dedit, progressum Justiniano Magno, in qui ordinem redegit:  
 Egressum Lothario Saxoni. Cui Lothario vulgo quoq;  
 assignatur, quod primus Doctoratus & Magisterii (fautor  
 Studiorum summus) honores in Academiis introduce-  
 rit. Verum huic communi opinioni penitus contradi-  
 cit Conringius in sæpe dicto tractatu de orig. Ju. Germ.  
 aliquot capitibus, evincens LL. Romanarum aliquem u-  
 sum ante Lotharium II. in Italiâ superfuisse, quod vulgo  
 asseritur Justinianeas leges in scholas jussu & auctoritate  
 esse reductas, item ejus jussu abrogatas, receptis omni-  
 bus Legibus solas Romanas in fora italiæ reductas, in-  
 certum & falsum esse, Eas demum seculo decimo tertio  
 in Galliam & Hispaniam, Jus autem Romanum ut & Feu-  
 dale Longobardicum in scholas & fora Germaniæ deci-  
 mo quinto seculo penetrasse. Quicquid sit, FRIDERICI  
 I, II.

Christiani  
 Matthiæ  
 theat. hi-  
 stor. in-  
 vit. Lo-  
 thar. Cby-  
 tra. in  
 Chronol.  
 p. 309.  
 Coraf. in  
 lib. 2. d.  
 O. I.  
 15.  
 16.  
 17.  
 Contr. d.  
 O. I. G.  
 cap. 20.  
 18.

F 2

I, II.

na  
 i-  
 e-  
 o-  
 us  
 us  
 io  
 m  
 as,  
 e-  
 nt.  
 Ro-  
 iâ,  
 e  
 sti-  
 las  
 oc  
 os.  
 no  
 m-  
 an-  
 in  
 ria  
 um  
 iam  
 isse  
 dat.  
 um  
 um

I, II, aliorumq; sequentium Imperatorum Germano-  
rum temporibus studiis juris Civilis incrementum ac-  
cessisse, extra controversiam est. Primo debetur *juris*  
*Feudalis* introductio, quod dispersum ac vagum primus  
scripto complecti & ordinare instituit, cujus varia ex-  
tant etiam Constitutiones, de pace tenenda & ejus vio-  
latoribus, *de pace Constantia*, *Fried- und Land-Brieff*,  
Idem controversias magni momenti Jurisperitis deci-  
dendas dedit, praesertim de regalibus Italiae Imperii,  
ipse quoq; Roncaliis diebus aliquot juri dicundo operam  
dedisse dicitur. Non minor *Friderici II.* laus est, qui & ipse  
litterato & litteratorum amantissimo fuit. Extant ejus varia  
Constitutiones, tum *de usibus feudorum* tum *de Statutis &*  
*consuetud. contra libertatem Ecclesiae*: Horum itaq; & se-  
quentium Imperatorum seculis Jura quoq; Romana  
sensim irreperunt in Germaniam, una cum *Jctis*, quos-  
rum magna fuit autoritas in pronunciando jure: ut Do-  
ctores juris Caesaribus & Principibus semper fuerint a  
Consiliis: & sic tandem in Germania insigni numero  
Jcti florere ceperint. Et quamvis propter ingruentem  
abulum Rabularum quorundam, qui jure Pontificali  
abrepti multas dederunt turbas, Caesar Fridericus Juris  
Doctores iterum removere conatus fuerit e judiciis &  
Collegiis Consiliariorum: *Alle Doctores der Rechten/*  
*sie seynd geistlich oder weltlich im Reich Teutscher nation,*  
*sollen nach laut der sůrgenommen reformation, an keinem*  
*Gericht/ bey keinem Recht/ auch in keines Fürsten oder an-*  
*den Růhten mehr gelitten/ sondern ganz abgethan wer-*  
*den;* Conatus tamen hi in fumum abierunt & in pauca  
quaedam decreta degenerarunt. Magis itaq; magisq;  
cum doctoribus Romani juris doctrina invaluit. Te-  
stan-

19.

20.

21.

22

stantur hoc scholæ & *Academia*, ad exemplum aliarum nationum in Germaniâ erectæ, quarum HEIDELBERGA prima est, & quidem eo numero, ut optimarum artium emporiis præ Europæ totius provinciis & regnis omnium ferè clarissima hodie sit GERMANIA: olim & literarum & religionis sterilis, nunc Dei benignitate divinis muneribus beatissima, ut non immerito exclamet Heigius ex Mutio: *Ver aureum & seculum augustissimum, quo illustrius à condito orbis Salvatoris nostri visitatione ex alto nusquam fuit, ô beatum populum, cujus JEHOVA Deus est, in quo purissima nominis sui cognitio, omnibus deterfis impuris humanarum traditionum facibus floret, vigent literarum pariter & armorum studia. Neq; hic quicquam deest, quam ut ipsamet Germania tanta bona sua agnoscat, Deiq; benignitatem prædicet, neq; ebria tantorum bonorum copiâ fastidium concipiat suæ beatitatis, aut scientias salutes in perniciem suam & aliorum convertat.* Hactenus ille. Quemadmodum itaq; artes variæ cum juro Romano Civili & Latiorum lingvâ Alpes transvolarent, & per omnem Germaniam se effuderunt, in civitatem Germanicam ascriptæ, ita non minus a vide eas Saxonia inter Germaniæ provincias semper clarissima, accepit, recepit. Et jura non saltem, quæ à majoribus eis tradita in *Speculo, Juris Canonici & Civilis Romani* notis illustravit, ut videre est ex glossis *Speculo Saxoniæ* adjectis, sed & juri Romano Civili ob insignem justitiæ & æqvitatæ thesaurum in Republ. & scholis locum dedit. Quanto studio jus hoc Romanum à Saxonibus quoq; excultum sit testantur *Academia ELECTORATUS & Ducatus Saxonicæ LIPSIENSIS, JENENSIS* & hæc Nostra in eisq; *Jcto- rum* luci exposita varia Juris civilis monumenta. Ita tamen

23.

24.

25.  
Witteber-  
gensis.

F 3



tamen Legum Romanarum *Saxonia* semper fuit obser-  
vantissima, ut proprio jure non careret, sed ejus quoque  
observantiam in judiciis, doctrinam in scholis successu  
temporis in posteros propagaret. Natae inde sunt variae  
& laudabiles *Constitutiones ELECTORUM* novae ab *AUGUSTI*  
praesertim temporibus, quae *NOVELLAE* constitutiones  
integrum hodie corpus *Juris SAXONICI* replent. De  
quo *JURE Moderno* jam paucis & sequentibus Disputatio-  
nibus Deo fortunante agemus.

## CAPUT QUINTUM.

De *JURE SAXONICO MODERNO, ET*  
CONSTITUTIONIBUS ELECTORALIBUS A TEMPORE  
SERENISSIMI ELECTORIS AUGUSTI, USQUE AD JOHAN-  
NEM GEORGIUM II. PRAESENTEM JURIS SAXONICI  
DEFENSOREM POTENTISSIMUM.

## SUMMARI A.

1. *Definitio vel Descriptio Juris Saxonici moderni.*
2. *Jus esse, interna ejus satis ostendit aequitas & justitia.*
3. *Rationes pro sententia, quod sit Non scriptum.*
4. *Quod ab utroque participet Jus Saxonicum.*
5. *Modernum jus potius est SCRIPTUM.*
6. *Provinciale Jus quomodo differat à Communi & Statu-  
tario Municipali.*
7. *Provincia Saxonica certis absolvitur circulis.*
8. *Marchionatus Superioris & inferioris Lusatiae JURE  
quoque gaudet Saxonico, & suo peculiari.*
9. *Quatenus valeant Leges Saxonicae vel electorales Con-  
stitutiones extra Provinciam Electoralem.*
10. *Olim Juris Saxonici observantia late extra Electora-  
tum extensa fuit.*
11. *Conditores juris Saxonici moderni ELECTORES.*
12. *Electores curam justitiae semper habuerunt maximam.*
13. *Con-*



13. *Constitutiones Electorales, Churfürstliche Landes-  
Ordnungen/non unius sunt generis: vel statum con-  
cernunt publicum, vel privatum.*

14. *Leges Provinciales Saxonicae adhibitis consiliis statuum  
Provincialium conduntur & promulgantur.*

**R**Emoto jure Saxonum veteri, nunc ad modernum  
transgredimur: cujus statim ab initio, non ad amu-  
sim Logicorum concinnatam, sed pro intentione nostrâ  
sufficientem, ut spero, damus descriptionem, tanquam  
Interpretibus Juris amicio rem: *Jus Saxonicum modernum*  
*est jus Provinciale scriptum, publicâ autoritate Serenissimo-*  
*rum Electorum Saxonicae consensu statuum Provincialium in*  
*vim Legis promulgatum, in Reip. utilitatem Saxonicae & ju-*  
*stitiae felicioris promptiorisq; administrationem. Juris*  
nomen, ut opinor, nemo erit, qui Saxonico nostro mo-  
derno denegabit, qui vel per transfennas internam, ejus  
justitiam æqvitatibus vinculo amicè combinatam perlustra-  
verit. Num *scriptum* vel non *scriptum* vocari mereatur?  
aliquo modo in dubio esse videtur. Pro jure non scripto  
facere videtur, quod constet gentem Saxonica à mul-  
tis seculis peculiari suâ consuetudine usam: Communis  
autem Dd. opinio ferat, quod consuetudines, licet in scri-  
pturam redactæ, tales maneant, ad exemplum testamen-  
ti nuncupativi, quod tale esse non desinat, licet deinceps  
scripto consignetur, Schnobelio teste quondam Præce-  
ptore & affini honoratissimo\*. Accedit quod Saxonicum  
jus hac in re juri Feudali non dissimile appareat, de quo  
constet, quod complectatur Consuetudines Longobar-  
dorum, Mediolanensium & aliarum urbium, & inde di-  
catur usus regni, mores curiarum, nihilominus tamen  
consuetudines esse non desierint, licet in scripturam re-  
dactæ; Ex eadem ergo ratione concludendum: Jus

1.

2.

3.

Schnobel.  
disp. Feud.  
1. 0. 1. l. 2.  
c. d. testa.  
l. 2. C. d.  
bon. poss.  
contr. tab.  
2. F. 10.  
1. F. 15. §. 1.

Saxo-

ser-  
voq;  
esu  
ariæ  
USTI  
ones  
De  
atio-  
  
ET  
ORE  
IAN-  
NICI  
  
a.  
  
tatu-  
  
IRE  
Con-  
fora-  
  
nam.  
Con-

Zæsius,  
Wesemb.  
ad tit. de  
just. & jur.

4.

5.

Wesemb.  
ad tit. de  
Just. &  
Jur.

Saxonicum consuetudinarium dici, & manere etiam, quamvis postea in scripturam sit redactum: cum causa efficiens sit tacitus populi consensus, comm. Dd. opinio ad mat. de consuetud. Mediam calcare viam ii videntur, jus Saxonicum modernum qui ab utroq; participare autumant, itidem ad Juris Feudalis exemplum, quod partim conflatum ex Constitutionibus quorundam *Imperatorum, Lotharii, Conradi II. Henrici II. Conradi III. Friderici I.* partim ex moribus Longobardicis, ut modo dictum. Simili modo rem se habere circa jus hoc Saxonum, quod originem illud trahat partim ex consuetudinibus gentis Saxonicae, partim autem à *Ducibus & Electoribus Saxonie* ad consensum procerum sit promulgatum. Veniam quodammodo digna est sententia hæc, nec adeo impugnanda, si de universo loquamur jure Saxonum, tam veteri, quam moderno: Si autem de hoc sermo sit solum, illud potius *Jus Scriptum* vel etiam Legem Provinciale, quam consuetudinem & jus Non Scriptum appellare placuit. Uti nullatenus etiam Saxonicum jus hîc illud dicimus, quod forte alicujus urbis v.g. Dresdensis vel Lipsiensis statutum est: sed provinciale illud, quod in omnibus judiciis & dicasteriis Electoralibus viget & vim legis obtinet. Hoc omnino scriptum vocamus. Posito, non concessis ex juris veteris reliquiis hoc jus conflatum (uti rara sanè vestigia in moderno reperire licet juris veteris) hoc unicum sufficere videtur, quod expressa & publicâ autoritate Electorum & consensu populi sit promulgatum: in quo legis vel juris scripti à consuetudine vel jure non scripto præcipua consistere videtur differentia. Quamvis nec absurda adeò videatur eorum opinio, qui consuetudines in scripturam redactas non manere consuetudines sed in jus Scriptum conver-

converti existimant. Carpzovius. Schraderus. **PROVINCIALE** vocamus modernum ad differentiam (1) Juris communis, quod ubiqve obtinet, nisi statuto quodam tollatur, quale hodie videtur ex consensu communi Jus civile Romanum, quod in Imperio nostro etiam Romano germanico tantam in scholis & judiciis habet auctoritatem, ut is, qui lege nititur Justiniana, licet ejusdem observantiam non probet, tamen diu tamen causam habeat fundatam, donec adversarius ipse posterius monstreret contrarium. Imo ex quo declarari restringi & suppleri debeant Jura provincialia & statutoria, quæ quoad fieri potest, juri communi conformanda, imo quicquid jure statutorio provinciali est omisum, maneat sub dispositione juris communis (2) Provinciale dicimus ad differentiam statutorii municipalis des **Stad-Rechts** cujus requisita vulgò hæc recensentur (1) consensus superioris, (2) publicatio (3) ut sit rationale (4) civibus non damnosum (5) libertatem Ecclesiæ non prohibens. Et hoc mania cujusdam urbis egredi non solet. Provinciale autem germanicum: **Das Land-Recht** est, quod quisq; Imperii Princeps vel Status intra ditionem ac provinciam jus observandum sancit ac constituit **Landes-Ordnungen**. Nimirum jus hoc Provinciale Saxonicum, de quo jam agimus, in Electorali obtinet provincia & eis terris, quæ vel Electoratu annexam vel ejus Jurisdictionem supremam agnoscunt. Et absolvitur quidem Provincia Saxonica hodie sequentibus circulis, *Electoralis, Misnico, Archimontano, Thuringico, Voigtlandico, Lipsiensi*. Dem **Chur-Kreis/Meisnischen/Erzgebürgischen/Türingischen/Voigtländischen und leipzigschen Kreis**. In quorum circulo sententiæ feruntur secundum modernas Constitutiones Electorales Saxonicas. **Nach denen Chur- und Fürst. Sächs. Lands-Ordnungen**. Marchionatus Superioris & Inferioris Lusatia Jure quoq; utitur Saxonico in judiciis suis, peculiari tamen insuper gaudet Jure provinciali, partim à Sacra Cæsarea Majestate, partim Serenissimis Electoribus Saxoniam con-

Carpz. diff. Feud. 1. 3. Ludolph. Schrader, de feud. part. 2. se 3. n. 14.  
6.  
Ad Wolffg. Lauterbach Conclus. forens. exercit. 1. §. 1. & 2. J. O. Tabor de altero tant. Mev. ad jus Lubecen. Klein-schmid de princ. juris. Carpz. part 1. decis. 63. n. 16. Hunn. Encyclop. Jur. part. 1. tit. 3. cap. 3.  
7.  
8.

G cesso



Sigismund  
Finckel-  
haus ob-  
servat.  
pract. 1.

10-

Aurea  
Bull. tit. 5.  
in pr.

cesso & confirmato. Occupant illa jura specialia locum fere primū  
in Corpore Juris Saxonici moderni. Des Marggraffthumbs Oberlausitz  
Kaiserliche Ambts-Ordnung Matthia II. Imperat. anno 1597, Kāy-  
serliche Lands-Ordnung/Imperat. RUDOLPH II. publ. anno 1582. Item  
Churfürstl. Sächs. Lehens-Ordnung/ Bnterhanen Ordnung/Inte-  
rim-Verordnung wegen der Schuldsachen. Seren. Electorum JO-  
HANN. GEORG. I. & II. Nec non in inferiori Lusatia dantur des  
Marggraffthumbs Niederlausitz Lands-Ordnungen/ fol. 134. & seqq.  
quæ tamen provincia hodie Serenissimo Principi Christiano, Duci  
SAXONIÆ cessit hereditaria. Quæri jam posset cum Sigismundo  
Finckelthausio JCro Lipsiensium olim celebratissimo: Num ne Con-  
stitutiones Electorales Saxonica extra electoratum vel Provinciam Sa-  
xoniam recte allegentur & secundum eas controversia decidi possint?  
De provinciis & terris quæ ex dispositione Paternâ Electoris JO-  
HAN. GEORG. I. beatissimæ memor. Ducib. Saxonix Fratibus Se-  
renissimi nostri Elect. JOHAN. GEORG. II. competunt, videtur du-  
bium nullum superesse, cum hætenus Jure Saxonico usas eas constet.  
Magis autem ambiguum censetur de Ducatibus Saxonix reliquis:  
cum enim hæc jura Provincialia ex naturâ Statutorum ad eos non  
porrigantur, qui ejus non sunt jurisdictionis, juxta tritam juris Re-  
gulam, quod extra territorium jus dicenti impune non paretur, di-  
cendum omnino esset, eos LL. Saxonice nullatenus teneri, quod ve-  
rum est, si de necessitate obligationis loquamur: Sed videmus eam  
Electorum & Ducatum reliquorum Saxonix stabilem & firmam  
consonantiam, interq; Electores & Principes Saxonix ea amoris &  
amicitiæ vincula intercedere, ut & Duces Saxonix extra Electora-  
tum in terris & provinciis eo jure in Ducatibus utantur. De  
reliquis Germanix provinciis itidem negare non licet, quod jure Sa-  
xonico non ligentur ut subditi, interim manifestum est, illud passim  
in multis Germanix ditionibus propter æquitatem & justitiæ teno-  
rem esse receptum libera quadam voluntate. Olim Juris Saxonici  
observantiam longe lateq; in Germaniâ disseminatam, ante dictum  
circa speculum Saxonicum, & præterea apparet ex Aureâ Bullâ, quæ  
vicariatum Saxonix Electori largitur in provinciis, quæ jure utantur  
Saxonico, quæ dimidiam Germaniam absolvunt. Verba Aureæ Bullæ:  
Eoll der Durchlauchtige Pfaltzgraffe bey dem Rhein / anstat eis-  
nes Römischen Königes in den Landen des Rheins Schwaben  
und

und fränkischen Rechten etc. Eben dieses Rechtes wollen wir/ daß auch der Durchlauchtige Herzog von Sachsen sich gebrauchen möge in den Orten da die sächsische Rechte gehalten werden. Jam autem Vicariatus se extendit ultra superiorem Saxoniam ad Inferiorem, Marchionatum Brandenburgensem & Ducatus varios, Luueburgensem Megapolitanum, Hollaticum & complures alios, Ergo statuendum videtur, jus quoque Saxonium cum vicariatu in his terris manere validum. Sed monent hic rectè Dd. verba da die sächsische Rechte gelten/demonstrationis ergo adjecta. Hodiernis enim temporibus Inferior Saxonia vel proprio jure statutorio, vel Jure civili Romano utitur uti de Ducatu Megapolitano testatur Cothman, de Pomeraniâ Hartman Pistoris. Constat interim ex liberâ receptione hodiè adhuc Jus Saxonium ab exteris quoque allegari imo in decidendis causis adhiberi posse. Cujus rei ante allegat9 Finkelthaus plurimas dat rationes, (1) quod applausum mereantur Constitutiones præsertim Augusti & seqq. Electorum (2) à Jctis celeberrimis elaboratæ, qui se accommodarint ad jus divinum, naturale, conscientiam, communem Dd. opinionem, æquitatem, & quod maximum est, ad Processus maturationem. Jura itaque Saxonum allegari valent extra provinciam si non ut verba Legislatoris, tamen ut celebris cujusdam Doctoris in casibus vel jure communi vel statutorio non expressis, & hæcenus de ejus Autoritate. Paucis dicamus nunc epilogi adhuc loco de Conditoribus & Libris Juris Saxonici Moderni. Ex descriptione patet Autores moderni juris Saxonici esse ELECTORES. De origine officio & dignitate illorum dicant alii, videri possunt egregia apud Heigium in quæstionum Saxonicarum libro. Nos illud unicum de virtutibus innumeris eorum silentio non involvim9, quod Reip. SAXONIÆ ELECTORES semper defensores & Justitiæ administratores fuerint nunquam laudandi satis. Docent res gestæ, fideliter apud rerum Saxonicarum scriptores decantatæ, docent eæ saluberrimæ CONSTITUTIONES, quæ publicè exstant & integrum volumen replent. Circa constitutiones generaliter illud præmittendû, quod non unius sint generis. Aut enim (1) statum formant publicum eundemque vel Ecclesiasticum, uti sunt Kirchen/ Universitäten/ Consistorial/ Ehe sachen/ Stipendiaten/ Fürsten und particular Schuelen/ Visitation, Synodorum, Ordnungen. vel Politicum, die Policey- Ordnungen/ Tax Ordnungen / Besinde und Tagelöhner Ordnungen/ Münz-

Cothman.  
vol.1. Conf.  
27. & 28.  
Hartm.  
Pistor. in  
Epistol.  
qvad.

in

12.



Reufner.  
de Jur.  
Saxon.  
Feudali.

Ordnungen/ quorsū nō immer ito referuntur illæ, quæ promulgatæ  
circa reditus & Patrimonium Principum Electorum : Cammer und  
Rent-Sachen/ Steuer- Ordnung/ Berg- Ordnung/ Eisen- Ordnung/  
Fisch- Ordnung/ Wasser- und Mühl- Ordnungen. Aut(2) versantur  
circa administrationem justitiæ inter status provinciales & subditos,  
vel in causis *feudalibus* vel *civilibus* : quarum nonnullæ ipsas dicitant  
Leges & jura provincialia, causarum dubiarum decisiones tam con-  
sistorialium quam civilium forensium, nonnullæ dirigunt dica-  
steria provincialia, reliquæ juris *Processum* in his terris servandum.  
Spectant huc imprimis CONSTITUTIONES Electoris Augusti : Landes-  
Ordnungen : quæ cynosuram quasi præbent Juris Civilis Saxonici,  
in quas Commentati sunt Jcti Saxonie celeberrimi : DANIEL MOL-  
LERUS & BENED. CARPZOVIVS felicissimo sane conatu & effectu.  
Proces und Gerichts Ordnungen Electoris JOHANNIS GEORG. I.  
DECISIONES ELECTORALES SAXONICÆ Erledigung der zweiffelhaften  
Rechtsfälle. JOHAN. GEORG. II. quibus merito accensentur, die  
Appellation Ordnung/ Ordnungen des Churfürstl. Sächs. Ober-  
hoffgerichts zu Leipzig und Wittenberg. Et his libris Jurispruden-  
tia Saxonica breviter & succincte constat. Quæ & aliæ Constitu-  
tiones, quo tempore latæ sint videri potest è CORPORE JURIS SAXO-  
NICI. Nimirū Jurâ Provincialia Saxonica moderna præcipue Au-  
tores & Conditores agnoscunt Electores Serenissimos AUGU-  
STUM, JOHANNEM GEORGIUM I. JOHAN. GEORGIUM II.  
quamvis etiam ALBERTI, MAURITII & CHRISTIANI II. Electo-  
rum quædã reperiantur Constitutiones, quas omnes vim legis in pro-  
vinciis obtinere, ante satis demonstratum. Addendum paucis est, ca-  
pita & contenta Constitutionum Electoralium plerumq; Statibus  
Provincialibus den *allgemeinen Ständen* oder der *sämblichen Land-  
schafft* communicari, & eas in Comitiiis bey den Land- Tagen com-  
muniter publicari. Et hæc sint generalia illa, quæ de Jure moderno  
& Veteri exiguis hisce pagellis dicere mihi licuit : Si pro dignitate  
materiæ exile sit hoc scriptum : Lectoris confidimus huma-  
nitati, largituri veniam citra dolum erranti.

SUMMO autē NUMINI SIT GLORIA  
SEMPTITERNA!

# COROLLARIA JURIS DIVINI.

## I.

*P*œna atrociorum delictorum ut homicidii, adulterii, incantationis, Sodomie, nec non furti, divino jure determinata ab hominibus crescentibus delictis exasperari, nullatenus autem mitigari possunt, quamvis Pontificalem, Imperatoriam vel regiam habeant Majestatem.

## II.

*G*ladii ergo pœna in homicidio à Deo ipso doloso scil. & voluntario statuta, nullo modo à supremo magistratu in fustigationem, relegationem, damnationem in metallum transmutanda.

## III.

*N*ec injustè furti pœna, quæ jure divino est quadrupli vel quintupli restitutio, ob securitatem civium & frequentiam delicti in capitalem à Carolo, V. transmutata.

## IV.

*I*n gradibus jure divino prohibitis circa matrimonia contrahenda dispensare, est legem divinam transgredi & violare.

# JURIS CANONICI.

## I.

*E*piscopis & Clericis de Jure Pontificio competit etiam criminalis jurisdictio, ad quam exercendam tamen seculari opus habent brachio.

## II.

*C*lerici seculari Jurisdictioni exempti sunt, nisi rebus secularibus se immisceant.

## H

## III. Se-



III.

*Secularium tamen in clericos aliqua dari potest  
certis casibus Jurisdictio.*

IV.

*Seculari Magistratui de jure Canonum in causis  
& negotiis spiritualibus nulla competit Jurisdictio.  
Aliud tamen hodie dicendum quando jus Episcopale ad  
Principes delatum.*

### JURIS CIVILIS ROMANI.

I.

*Adulterium de jure Codicis & Novellarum videretur  
etiam capitale esse: quo adulteri sacrilegi nuptiarum  
puniri gladio jubentur.*

II.

*Non nimis aspera poena est, si moneta falsa cutores  
igni comburantur*

### JURIS PUBLICI.

I.

*Juramentum duplex ab Imperatore prestandum  
tempore electionis & coronationis Majestatem regiam  
non infringit.*

II.

*Legi Regia Germanorum vel Capitulationi Casarea  
ab Electoribus quid detrabi vel addi ante Electionem  
Imperatoris novi potest, pro statu & conditione  
Imperii Germanici.*

III.

*Romano Pontifici in terris suis verè, quamvis malo  
titulo acquisita competit Majestas, illam tamen injustissime  
super Reges & Principes alios extendit.*



VDA

7-

m.c.



mittere  
quia ita  
gingv  
cum fac  
furi, qv  
pruden  
jus civi  
fine ne  
feratur  
ditioni  
annis p  
infelici  
Recept  
ctionis,  
merito  
ritium  
scholas  
sentent  
addi eis  
Roman  
persped  
laria en  
dia, hif  
peditar  
to. Ut  
Germa  
exactan  
annecte  
appella  
DEO ne  
gè ab hã

egligimus: seu  
m incuriosi lon-  
ido langvescit,  
qvam sepe vi-  
Circa Juris  
re, ut purum  
ostris optimo  
ditum, ante-  
liis Germaniæ  
à multis retro  
aliari suo non  
is usa est jare.  
n vel imperfe-  
n est nostrum,  
s accepta, Qui-  
te, tam qvoad  
subscribimus  
erba, ut nihil  
ariprudentiæ  
familiaria &  
portet: neces-  
m ætatis stu-  
sum fori sup-  
ersvasum pu-  
stri Romano-  
na prudentiæ  
cognitionem  
Nisi JCTUM  
tionibus nec  
cedunt lon-  
n Legum sci-  
entiam

